iudicáte inter me et víneam **me**am. ℟. Domus.
8 Quid est quod débui ultra fácere *víneæ* **me**æ, * et
non feci **ei**? ℟. Domus.
9 An quod exspectávi ut *fácerat* **u**vas, * et fecit la**brú**-
scas? ℟. Domus.
10 Et nunc *osténdam* **vo**bis * quid ego fáciam víneæ
**me**æ. ℟. Domus.
11 Et ponam eam desértam: non putábitur et non
fodiétur: ' et ascéndent ve*pres et* **spi**næ: * et núbibus
mandábo ne pluant super eam **im**brem. ℟. Domus.
12 Vínea enim Dómini **Sá**baoth. ℟. Domus.

**Psalmus responsorius post VI lectionem** C 2 g

**Canticum Moysi**



℣. 1 Audí-te, cæ-li, quæ **lo**- quor: * áudi- at terra ver-



ba o-ris **me**- i. ℟. Da-te magni-túdi-nem De- o no-



stro. ℣. 3 ... iu**dí-ci**- a.

2 Concréscat ut plúvia doctrína **me**a, * fluat ut ros
elóquium **me**um. ℟. Date.
3 Dei perfécta sunt **ó**pera, * et omnes viæ eius iu**dí**cia.
℟. Date.

4 Quando dividébat Altíssimus **gen**tes: * quando separábat fílios **A**dam. ℟. Date.
5 Constítuit términos popu**ló**rum * iuxta númerum filiórum **Isra**el. ℟. Date.
6 Pars autem Dómini, pópulus **e**ius: * Iacob funículus hereditátis **e**ius. ℟. Date.
7 Invénit eum in terra de**sér**ta, * in loco horróris, et vastæ soli**túdi**nis. ℟. Date.
8 Circumdúxit eum, et **dó**cuit: * et custodívit quasi pupíllam óculi **sui**. ℟. Date.
9 Sicut áquila próvocans ad volándum pullos **su**os, * et super eos **vóli**tans. ℟. Date.
10 Expándit alas suas et assúmpsit **e**um, * atque portávit in úmeris **su**is. ℟. Date.
11 Dóminus solus dux eius fuit; * et non er**a**t cum eo deus ali**é**nus. ℟. Date.

**Psalmus responsorius post VII lectionem** C 2 g

**Ps. 41**



℣. 1 Quemádmodum de-sí-de-rat **cer**- vus * ad fontes



a- **quá**-rum. ℟. De-sí-derat á-nima me- a ad te,



De- us.

2 Sitívit ánima mea ad Deum, Deum **vi**vum: * quando véniam et apparébo ante fáciem **De**i? ℟. Desíderat.

3 Fuérunt mihi lácrimæ meæ panis die ac **noc**te, * dum dícitur mihi cotídie: « Ubi est Deus **tu**us? » ℟. Desíderat.

4 Hæc recordátus sum et effúdi in me ánimam **me**am; * quóniam transíbam in locum tabernáculi admirábilis usque ad domum **Dei**, ℟. Desíderat.

5 In voce exsultatiónis et confessi**ó**nis, * multitúdinis festa cele**brán**tis. ℟. Desíderat.

6 Quare tristis es, ánima **me**a * et quare conturbáris **in** me? ℟. Desíderat.

7 Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor **il**li, * salutáre vultus mei et Deus **me**us. ℟. Desíderat.

Post ultimam lectionem e Vetere Testamento, cum suo psalmo responsorio, cantatur hymnus Glória in excélsis Deo.

Post epistolam canitur a cantore:



A l-le-lú- ia, alle-lú-ia, alle- lú- ia.

Et repetitur ab omnibus.

**Psalmus alleluiaticus** **Ps. 117**

Cantor



℣. 1 Confi-témi-ni Dómino, quóni- am **bo**- nus, * quó-

Omnes



ni- am in sǽcu-lum mi-se-ri-córdi- *a* e-ius. ℟. Alle-



lú- ia.

2 Dicat nunc Israel, quóniam **bo**nus, * quóniam in sǽculum misericórdi*a* **ei**us. ℟. Allelúia.
3 Dicat nunc domus **A**aron, * quóniam in sǽculum misericórdi*a* **ei**us. ℟. Allelúia.
4 Dicant nunc qui timent **Dó**minum, * quóniam in sǽculum misericórdi*a* **ei**us. ℟. Allelúia.

## Ad liturgiam baptismalem

### Litaniæ Sanctorum

Canuntur litaniæ a duobus cantoribus, omnibus stantibus (propter tempus paschale) et respondentibus.

Si non adsunt baptizandi neque benedicendus est fons, omissis litaniis, statim proceditur ad benedictionem aquæ.

In elenchum Sanctorum aliqua nomina suis locis inseri possunt, præsertim vero Titularis ecclesiæ vel Patronorum loci et eorum qui sunt baptizandi. Cognomina et cognomenta Sanctorum, inter parentheses posita, opportune omittuntur, quando litaniæ lingua latina canuntur.















Sancte Ioánnes Bap**tí**sta, ora pro nobis.
Sancte **Io**seph, ora pro nobis.
Sancti Petre et **Pau**le, oráte pro nobis.
Sancte An**dré**a, ora pro nobis.
Sancte Io**án**nes, ora pro nobis.
Sancta María Magda**lé**na, ora pro nobis.
Sancte **Sté**phane, ora pro nobis.
Sancte Ignáti Antio**ché**ne, ora pro nobis.
Sancte Lau**rén**ti, ora pro nobis.
Sanctæ Perpétua et Fe**lí**citas, oráte pro nobis.
Sancta **A**gnes, ora pro nobis.
Sancte Gre**gó**ri, ora pro nobis.
Sancte Augu**stí**ne, ora pro nobis.
Sancte Atha**ná**si, ora pro nobis.
Sancte **Basí**li, ora pro nobis.
Sancte Mar**tí**ne, ora pro nobis.
Sancte Bene**díc**te, ora pro nobis.
Sancti Francísce et Do**mí**nice, oráte pro nobis.
Sancte Fran**cí**sce (Xavier), ora pro nobis.
Sancte Ioánnes Ma**rí**a (Vianney), ora pro nobis.
Sancta Catha**rí**na (Senénsis), ora pro nobis.
Sancta Te**ré**sia (de Avila), ora pro nobis.
Omnes Sancti et Sanctæ **Dei**, oráte pro nobis.




Ab *omni* **ma**lo, líbera nos, Dómine.
Ab om*ni pec***cá**to, líbera nos, Dómine.
A mor*te per***pé**tua, líbera nos, Dómine.

Per incarnati*ónem* **tu**am, líbera nos, Dómine.
Per mortem et resurrecti*ónem* **tu**am,
líbera nos, Dómine.
Per effusiónem Spí*ritus* **San**cti, líbera nos, Dómine.



Pec*ca*-**tó**res, ℟. te rogámus, audi nos.

---

Si adsunt baptizandi:

Ut hos eléctos per grátiam Baptísmi
regeneráre *dig***né**ris, te rogámus, audi nos.

Si non adsunt baptizandi:

Ut hunc fontem, regenerándis tibi fíliis, †
grátia tua sanctificáre *dig***né**ris, te rogámus, audi nos.

---

Iesu, Fili De*i* **vi**vi, te rogámus, audi nos.



Christe, audi nos. *ij.* Christe, exáudi nos. *ij.*

Post renovationem promissionum baptismalium, celebrans aspergit populum aqua benedicta, omnibus cantantibus:

**Antiphona**

I a 3



F ontes * et ómni- a quæ movéntur in aquis,

Cantor



hymnum dí-ci-te De- o, alle- lú-ia. Cant. Benedí- ci-



te, ómni- a ópe-ra Dómi-ni, Dómino; * laudáte et



super-exaltá-te e- um in sǽcu-la.

Et repetitur antiphona ab omnibus.

Omittitur symbolum fidei.

## Antiphona ad offertorium

VIII c



D éxte- ra Dómi-ni * fe-cit virtú-tem: déxte- ra



Dómi-ni exaltá-vit me.

## Psalmus 117



℣. 1 *Confi*-tébor ti-bi, quóni- am exau**dí**-sti me, * et fac-



tus es mi-hi *in sa***lú**- tem. Ant. Déxte- ra.

2 *Lápi*dem quem reprobavérunt ædifi**cán**tes, * hic factus est in *caput* **án**guli. Ant. Déxtera.

3 *A Dó*mino factum est **i**stud, * et est mirábile in *óculis* **no**stris. Ant. Déxtera.

4 *Instruí*te sollemnitátem in ramis con**dén**sis, * usque ad córnu*a al***tá**ris. Ant. Déxtera.

Ant. ad communionem Allelúia cum ps. 104, p. 163.

In dimissione, diaconus vel celebrans cantat:



I-te, missa est, alle-lú-ia, alle- lú- ia.
℟. De- o grá-ti- as, alle-lú-ia, alle- lú- ia.

# Dominica Resurrectionis

## AD MISSAM IN DIE

### Cantus ad introitum




℣. 4 Alle-lú- ia. Quem quæ-ris, mú-li- er? – ℟. Alle-
lú- ia – Vivéntem cum mórtu- is? ℟. Alle-lú- ia, al-
le- lú-ia.
℣. 5 Alle-lú- ia. No-li fle-re, Ma-rí- a: – ℟. Alle-lú- ia –
re-surré-xit Dóminus. ℟. Alle-lú- ia, alle- lú-ia.
℣. 6 Alle-lú- ia. Dic nobis, Ma-rí- a: – ℟. Alle-lú- ia –
quid vi-dísti in vi- a? ℟. Alle-lú- ia, alle- lú-ia.
℣. 7 Alle-lú- ia. Angé- li-cos te-stes, – ℟. Alle-lú- ia –
sudá-ri- um et vestes. ℟. Alle-lú- ia, alle- lú- ia.



℣. 8 Alle-lú- ia. Surré-xit Christus, spes me- a; – ℟. Alle-



lú- ia – præcédet su- os in Ga-li-lǽ- am. ℟. Alle-lú- ia,



alle- lú-ia.



℣. 9 Alle-lú- ia. Surré-xit de sepúl- cro – ℟. Alle-lú- ia –



qui pro nobis pepéndit in ligno. ℟. Alle-lú- ia, al-



le- lú-ia.

**Psalmus responsorius** C 3 g **Ps 117**

**Versiculi e Gradualibus dierum infra octavam Paschæ**



℣. 1 Confi-témi-ni Dómino, quóni- am **bo-** nus, * quó-



ni- am in sǽcu-lum mi-se-ri-córdi- a **e**-ius. ℟. Hæc



di- es quam fe-cit Dóminus.



℣. 2 **Di**-cat nunc Isra- el, quó-ni- am **bo**- nus, * quó-ni-



am in sǽcu-lum mi-se-ri-córdi- *a* **e**-ius. ℟. Hæc



di- es. ℣. 3 Di-cant nunc.[1] ℣. 4... déxte-ra Dómini



ex*al***tá-vit** me.

3 Dicant nunc qui redémpti sunt a Dómino ’ quos redémit de manu ini**mí**ci, * et de regiónibus congregávit **e**os. ℟. Hæc dies.

4 **Déx**tera Dómini fecit vir**tú**tem, * déxtera Dómini ex*al***távit** me. ℟. Hæc dies.

5 Lápidem, quem reprobavérunt ædificántes, ’ hic factus est in caput **án**guli: * a Dómino factum est istud, et est mirábile in óculis **no**stris. ℟. Hæc dies.

6 **Be**nedíctus qui venit in nómine **Dó**mini: * Deus Dóminus, et illú*xit* **no**bis. ℟. Hæc dies.

[1] Versiculi impares in primo tenore (fa) cantantur; pares autem in secundo (la).

**Psalmus alleluiaticus** **Ps. 113 A**



℣. 1 In éx-i-tu Isra-el de Ægýpto, * domus Iacob de



pópu-lo bárba-ro. ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.



℣. 2 Factus est Iuda sanctu-á-ri- um e-ius, * Israel po-



téstas e-ius. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle- lú-ia.



℣. 3 Ma-re vi-dit et fu-git, * Iordánis convérsus est re-



trórsum. ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.



℣. 4 Montes saltavé-runt ut a-rí- e-tes, * et colles, sic-


ut agni ó-vi- um. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-
lú-ia.
℣. 5 Quid est ti-bi, ma-re, quod fu-gísti? * et tu, Iordá-
nis, qui- a convérsus es retrórsum? ℟. Alle-lú-ia, alle-
lú-ia.
℣. 6 Montes, quod saltástis sic-ut a-rí- e- tes, * et colles,
sic-ut agni óvi- um? ℟. Alle-lú- ia, alle-lú-ia, al-
le- lú-ia.


℣. 7 A fá-ci- e Dómini, contremísce terra, * a fá-ci- e
De- i Iacob. ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.
℣. 8 Qui convértit petram in stagna aquárum, * et
sí- li-cem in fontes aquárum. ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-
ia, alle- lú-ia.
℣. 9 Non mórtu- i laudábunt te, Dómine, * neque om-
nes qui descéndunt in si-lénti- um. ℟. Alle-lú-ia, alle-
lú-ia.


℣. 10 Sed nos qui ví-vimus, bene-dí-cimus Dómino *
ex hoc nunc et usque in sǽcu-lum. ℟. Alle-lú-ia,
alle-lú-ia, alle- lú-ia.

## Sequentia


Víctimæ paschá-li laudes * ímmo-lent Christi-
áni. Agnus redémit oves: Christus ínnocens Patri
reconci- li- á-vit peccató-res. Mors et vi-ta du- éllo
confli-xé-re mi-rándo: dux vi-tæ mórtu- us, regnat vi-
vus. Dic nobis, Ma-rí- a, quid vi-dísti in vi- a? Se-



púlcrum Christi vivéntis, et gló-ri- am vi-di re-sur-



géntis: Angé-li-cos testes, sudá-ri- um, et vestes. Sur-



ré-xit Christus spes me- a: præ-cédet su-os in Ga-li-



lǽ- am. Scimus Christum surre-xísse a mórtu- is ve-



re: tu no-bis, victor Rex, mi-se-ré- re.

### Antiphona ad offertorium

VIII c



Terra trému- it * et qui- é- vit, dum re-súrge-



ret in iudí-ci- o De- us, alle-lú- ia.

### Psalmus 75



℣. 1 *No-tus* in Iudǽ- a **De-** us, * in Isra- el magnum



*nomen* e- ius. Ant. Terra.

2 *Et est* in Salem tabernáculum **ei**us, * et habitátio *eius in* **Si**on. Ant. Terra.
3 *Ibi* confrégit coruscatiónes **ar**cus, * scutum, gládi*um et* **bel**lum. Ant. Terra.
4 *Illú*minans tu, Mirábilis, a móntibus direpti**ó**nis, * spoliáti sunt po*téntes* **cor**de. Ant. Terra.

E duabus antiphonis ad communionem quæ sequuntur, eligitur una ad libitum.

### Antiphona I ad communionem

III a



P ascha nostrum Christus est * qui immo-lá-tus



Agnus est: í-taque epu-lémur, alle-lú-ia, alle- lú-ia.

### Psalmus 65



℣. 1 *Iu-bi*-lá-te De- o, omnis terra, † psalmum dí-ci-te



gló-ri- æ **nó**mi-nis e- ius, * glo-ri- fi-cá-te lau*dem*



e- ius. Ant. Pascha. Flexa: in **á**-ridam, †

2 *Omnis* terra adóret te et **psal**lat **ti**bi, * psalmum dicat nómi*ni* **tu**o. Ant. Pascha.
3 *Veníte*, et vidéte **ó**pera **Dei**, * terríbilis in adinventiónibus, super fíli*os* **hó**minum. Ant. Pascha.
4 *Convér*tit mare in **á**ridam, † et in flúmine pertransíbunt **pe**de; * ibi lætábimur *in* **ip**so. Ant. Pascha.
5 *Bene*dícite, gentes, **De**um **no**strum, * et audítam fácite vocem lau*dis* **ei**us. Ant. Pascha.
6 *Qui pó*suit ánimam **nó**stram ad **vi**tam, * et non dedit in commotiónem pe*des* **no**stros. Ant. Pascha.
7 *Vení*te, au**dí**te, † et narrábo, omnes qui ti**mé**tis **De**um,* quanta fecit áni*mæ* **me**æ. Ant. Pascha.
8 *Bene*díctus Deus, qui non amóvit oratiónem **me**am * et misericórdiam su*am* **a** me. Ant. Pascha.

## Antiphona II ad communionem

VI F



A l- le-lú-ia, * alle-lú-ia, alle-lú-ia.

## Psalmus 104



℣. 1 *Confi*-témi-ni Dómino et invocá-te no*men* **e**- ius, *



annunti- á-te inter gentes ó-*pe-ra* **e**- ius. Ant. Al-



le-lú-ia.

2 Cantáte ei et psállite ei, * meditámini in ómnibus mirabílibus eius. Ant. Allelúia.

3 Laudámini in nómine sancto eius, * lætétur cor quæréntium Dóminum. Ant. Allelúia.

4 Quærite Dóminum et poténtiam eius, * quǽrite fáciem eius semper. Ant. Allelúia.

5 Mementóte mirabílium eius quæ fecit, * prodígia eius et iudícia oris eius. Ant. Allelúia.

6 Semen Abraham, servi eius, * fílii Iacob, elécti eius. Ant. Allelúia.

7 Ipse Dóminus Deus noster; * in univérsa terra iudícia eius. Ant. Allelúia.

8 Memor fuit in sǽculum testaménti sui, * verbi quod mandávit in mille generatiónes. Ant. Allelúia.

9 Quod dispósuit cum Abraham, * iuraménti sui ad Isaac. Ant. Allelúia.

10 Et státuit illud Iacob in præcéptum, * et Israel in testaméntum ætérnum. Ant. Allelúia.

11 Dicens: « Tibi dabo terram Chánaan * funículum hereditátis vestræ ». Ant. Allelúia.

12 Petiérunt et venit cotúrnix, * et pane cæli saturávit eos. Ant. Allelúia.

13 Dirúpit petram et fluxérunt aquæ, * abiérunt in sicco flúmina. Ant. Allelúia.

14 Et edúxit pópulum suum in exsultatióne, * eléctos suos in lætítia. Ant. Allelúia.

15 Et dedit illis regiónes géntium, * et labóres populórum possedérunt. Ant. Allelúia.

16 Ut custódiant iustificatiónes eius, * et leges eius servent. Ant. Allelúia.

# Missa I

## Antiphona ad introitum

III a



E -go sum * pastor bo-nus, qui pasco oves me-



as, et pro ó-vi-bus me- is pono ánimam me- am,



alle- lú-ia.

## Psalmus 22



℣. 1 *Dómi*-nus pascit me, et ni-hil **mi-** hi **dé- e-** rit : *



in páscu- is vi-réntibus me col-*lo***cá-** vit. Ant. Ego



sum. ℣. 4 non ti**mé**bo **ma-** la, *

2 *Super* aquas qui**é**tis e**dúxit** me, * ánimam meam *re***fé**cit. Ant. Ego sum.

3 *Dedúx*it me super sém**itas** iu**stítiæ** * propter no*men*
**su**um. Ant. Ego sum.
4 *Nam et* si ambulávero in valle umbræ mortis, non ti-
**mé**bo **ma**la, * quóniam *tu* **me**cum es. Ant. Ego sum.
5 *Virga* tua et **bá**culus **tu**us * ipsa me con*so***lá**ta sunt.
Ant. Ego sum.
6 *Parás*ti in conspéctu **meo** **men**sam * advérsus eos
qui trí*bu***lant** me. Ant. Ego sum.
7 *Impin*guásti in óleo **ca**put **me**um, * et cálix meus
*re***dún**dat. Ant. Ego sum.
8 *Ete*nim benígnitas et misericórdia **subse**q**uéntur**
me * ómnibus diébus vi*tæ* **me**æ. Ant. Ego sum.
9 *Et in*habitábo in **domo** **Dómi**ni * in longitúdinem
*di***é**rum. Ant. Ego sum.

Cantus inter lectiones hoc modo ordinari possunt:

Quando fiunt duæ lectiones ante evangelium, cantus sic ordinantur: post primam lectionem, cantatur psalmus alleluiaticus; post alteram, vel psalmus alleluiaticus alter, vel antiphona Allelúia cum versibus suis.

Quoties una tantum fit lectio ante evangelium, sumitur unus tantum ex his cantibus ad libitum eligendus.

Idem fit toto tempore paschali.

**Psalmus alleluiaticus I** D 1 b **Ps. 106**



2 Erravérunt in solitúdine, in inaq**uó**so, * viam civitátis habitatiónis non inve**né**runt. ℟. Allelúia.
3 Esuriéntes et siti**én**tes, * ánima eórum in ipsis de**fé**cit. ℟. Allelúia.
4 Et clamavérunt ad Dóminum, cum tribula**rén**tur, * et de necessitátibus eórum erípuit **e**os. ℟. Allelúia.
5 Et dedúxit eos in viam **rec**tam, * ut irent in civitátem habitati**ó**nis. ℟. Allelúia.
6 Confiteántur Dómino propter misericórdiam **e**ius, * et mirabília eius in fílios **hó**minum. ℟. Allelúia.
7 Quia satiávit ánimam siti**én**tem, * et ánimam esuriéntem replévit **bo**nis. ℟. Allelúia.

**Psalmus alleluiaticus II** D 1 b **Ps. 106**



℣. 1 Confi-témi-ni Dómino, quó-ni-am **bo-** nus, * quó-



ni- am in sǽcu-lum mi-se-ri-córdi- a **e-** ius. ℟. Alle-



lú-ia, alle-lú-ia.

2 Sedéntes in ténebris et umbra **mor**tis, * vincti in mendicitáte et **fer**ro. ℟. Allelúia.
3 Quia exacerbavérunt elóquia **De**i, * et consílium Altíssimi spre**vé**runt. ℟. Allelúia.
4 Et humiliávit in labóribus cor e**ó**rum, * infirmáti sunt, nec fuit qui adiu**vá**ret. ℟. Allelúia.
5 Et clamavérunt ad Dóminum, cum tribula**rén**tur, * et de necessitátibus eórum liberávit **e**os. ℟. Allelúia.

6 Et edúxit eos de ténebris et umbra **mortis**, * et víncula eórum di**rú**pit. ℟. Allelúia.
7 Confiteántur Dómino propter misericórdiam **ei**us, * et mirabília eius in fílios **hó**minum. ℟. Allelúia.
8 Quia contrívit portas **æ**reas, * et vectes férreos con**fré**git. ℟. Allelúia.

vel **Alleluia** **Ps. 106**

VIII G



A l-le- lú-ia, alle-lú- ia, alle-lú-ia.

Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.



℣. 1 *Confi*-témi-ni Dómino, quó-ni- am **bo**- nus, * quó-



ni- am in sǽcu-lum mi-se-ri-cór*di*- *a* **e**- ius.

Omnes: Allelúia.

2 *Confi*teántur Dómino propter misericórdiam **ei**us, * et mirabília eius in fí*lios* **hó**minum. Omnes: Allelúia.
3 *Quia* satiávit ánimam siti**én**tem, * et ánimam esuriéntem re*plévit* **bo**nis. Omnes: Allelúia.
4 *Quia* contrívit portas **æ**reas, * et vectes férre*os con*-**fré**git. Omnes: Allelúia.
5 *Et sa*crificent sacrifícium **lau**dis, * et annúntient ópera eius in exsul*tatió*ne. Omnes: Allelúia.
6 *Et ex*áltent eum in ecclésia **ple**bis, * et in convéntu seniórum *laudent* **eum**. Omnes: Allelúia.

## Antiphona ad offertorium

VII a


A d te de luce * ví-gi-lo, De- us, ut víde- am



virtú-tem tu- am, alle-lú-ia.

## Psalmus 62



℣. 1 *Si- tí*-vit in te **ánima** **me**- a, * te de- side- rávit



**ca**- ro **me**- a. Ant. Ad te.



Flexa: ina**quó**-sa, †

2 *In ter*ra desérta et árida et ina**quó**sa, † sic in sancto ap**pá**rui **ti**bi, * ut vidérem virtútem tuam et **gló**riam **tu**am. Ant. Ad te.

3 *Quóni*am mélior est misericórdia tua **su**per **vi**tas, * lábia **me**a lau**dá**bunt te. Ant. Ad te.

4 *Sic be*nedícam te in **vi**ta **me**a, * et in nómine tuo levábo **ma**nus **me**as. Ant. Ad te.

## Antiphona ad communionem

VII a



In Ga-li-lǽ-a * Iesum vidé-bi-tis sic- ut di-xit



vo- bis, al-le-lú-ia.

## Psalmus 15



℣. 1 *Con-sér*va me, De- us, quóni- am spe-rá-vi in te. †



Di-xi Dómino: « Dóminus **me-** us **es** tu, * bonum



mi-hi **non** est **si**ne te ». Ant. In Ga-li-lǽ-a.

2 *In san*ctos qui sunt in terra, **ín**clitos **vi**ros, * omnis volúntas **me**a in **e**os. Ant. In Galilǽa.

3 *Multi*plicántur do**ló**res e**ó**rum * qui post deos aliénos acce**le**ra**vé**runt. Ant. In Galilǽa.

4 *Dómi*nus pars hereditátis meæ et **cá**licis **mei**: * tu es qui détines **sor**tem **me**am. Ant. In Galilǽa.

5 *Funes* cecidérunt mihi **in** præ**clá**ris; * ínsuper et heréditas mea speciósa est **mi**hi. Ant. In Galilǽa.

6 *Bene*dícam Dóminum qui tríbuit mihi **in**tel**léc**tum; * ínsuper et in nóctibus erudiérunt me **re**nes **mei**. Ant. In Galilǽa.

7 *Propo*nébam Dóminum in conspéctu **me**o **sem**per, * quóniam a dextris est mihi, non **com**mo**vé**bor.
Ant. In Galilǽa.
8 *Propter* hoc lætătum est cor **me**um, † et exsultavérunt præ**cór**dia **me**a; * ínsuper et caro mea requi**és**cet **in** spe. Ant. In Galilǽa.
9 *Quóni*am non derelínques ánimam meam **in** **infér**no, * nec dabis sanctum tuum vidére cor**rup**tiónem.
Ant. In Galilǽa.
10 *Notas* mihi fácies vias **vi**tæ, † plenitúdinem lætítiæ cum **vul**tu **tu**o, * delectatiónes in déxtera tua **us**que in **fi**nem. Ant. In Galilǽa.

# Missa II

## Antiphona ad introitum

VII a



C antá-te Dómino * cánti-cum no- vum: laus



e- ius ab extrémis terræ, alle-lú-ia.

## Psalmus 97



℣. 1 *Sal-vá*-vit si-bi **déx**te-ra **e**- ius, * et brácchi- um



**sanc**-tum e- ius. Ant. Cantá-te Dómino.



Flexa: **ma**nu, †

2 *Notum* fecit Dóminus salu**tá**re **su**um, * in conspéctu géntium revelávit iu**stí**tiam **su**am. Ant. Cantáte.

3 *Recor*dátus est miseri**cór**diæ **su**æ * et veritátis suæ **dó**mui **Is**rael. Ant. Cantáte.

4 *Vidé*runt omnes **tér**mini **ter**ræ * salutáre **Dei no**stri. Ant. Cantáte.

5 *Iubi*láte Deo, **om**nis **ter**ra, * erúmpite, exsul**tá**te et **psál**lite. Ant. Cantáte.

6 *Psálli*te Dómi**no** in **cí**thara, * in cíthara et **vo**ce
**psal**mi. Ant. Cantáte.
7 *In tu*bis ductílibus et voce **tu**bæ **cór**neæ, * iubiláte
in conspéctu **re**gis **Dó**mini. Ant. Cantáte.
8 *Sonet* mare et pleni**tú**do **ei**us, * orbis terrárum et
qui hábi**tant** in **e**o. Ant. Cantáte.
9 *Flúmi*na plaudent **ma**nu, † simul montes exsultá-
bunt a con**spé**ctu **Dó**mini, * quóniam venit iudi-
**cá**re **ter**ram. Ant. Cantáte.
10 *Iudi*cábit orbem terrárum **in** ius**tí**tia * et pópulos
in **æ**qui**tá**te. Ant. Cantáte.

**Psalmus alleluiaticus I** D 1 b **Ps. 106**




2 Stulti facti sunt in via iniquitátis **su**æ, * et propter
iniustítias suas af**flíc**ti sunt. ℟. Allelúia.
3 Omnem escam abomináta est ánima e**ó**rum, * et
appropinquavérunt usque ad portas **mor**tis.
℟. Allelúia.
4 Et clamavérunt ad Dóminum, cum tribula**rén**tur, *
et de necessitátibus eórum liberávit **e**os. ℟. Allelúia.
5 Misit verbum suum et sanávit **e**os, * et erípuit eos
de interitiónibus e**ó**rum. ℟. Allelúia.

6 Confiteántur Dómino propter misericórdiam **ei**us, * et mirabília eius in fílios **hó**minum. ℟. Allelúia.
7 Et sacríficent sacrifícium **lau**dis, * et annúntient ópera eius in exsultati**ó**ne. ℟. Allelúia.

**Psalmus alleluiaticus II** D I b **Ps. 106**



℣. 1 Confi-témi-ni Dómino, quó-ni-am **bo**- nus, * quó-



ni- am in sǽcu-lum mi-se-ri-córdi- a **e**- ius. ℟. Alle-



lú- ia, alle-lú-ia.

2 Qui descéndunt mare in **ná**vibus, * faciéntes operatiónem in aquis **mul**tis. ℟. Allelúia.
3 Ipsi vidérunt ópera **Dó**mini, * et mirabília eius in pro**fún**do. ℟. Allelúia.
4 Dixit et excitávit spíritum pro**cél**læ, * et exaltáti sunt fluctus **ei**us. ℟. Allelúia.
5 Ascéndunt usque ad cælos, ’ et descéndunt usque ad a**bys**sos; * ánima eórum in malis tabe**scé**bat. ℟. Allelúia.
6 Turbáti sunt et moti sunt sicut **é**brius, * et omnis sapiéntia eórum devo**rá**ta est. ℟. Allelúia.
7 Et clamavérunt ad Dóminum cum tribula**rén**tur, * et de necessitátibus eórum edúxit **e**os. ℟. Allelúia.
8 Et státuit procéllam eius in **au**ram, * et tacuérunt fluctus **e**ius. ℟. Allelúia.

9 Et lætáti sunt, quia siluérunt, * et dedúxit eos in portum voluntátis e**ó**rum. ℟. Allelúia.
10 Confiteántur Dómino propter misericórdiam **e**ius, * et mirabília eius in fílios **hó**minum. ℟. Allelúia.
11 Et exáltent eum in ecclésia **ple**bis, * et in convéntu seniórum laudent **e**um. ℟. Allelúia.

vel **Alleluia** ut in Missa I, p. 168.

### Antiphona ad offertorium

VII a



I u-bi-lá-te De- o * in vo- ce exsul-ta-ti- ó-nis,



alle-lú- ia.

### Psalmus 46



℣. 1 *Quó-ni-* am Dóminus altíssi-**mus**, ter**rí**-bi-lis, * rex



magnus super **om**-nem **ter**- ram. Ant. Iubi-lá-te.

2 *Subié*cit **pó**pulos **no**bis, * et gentes sub **pé**dibus **no**stris. Ant. Iubiláte.
3 *Elé*git nobis heredi**tá**tem **no**stram, * glóriam Iacob **quem** di**lé**xit. Ant. Iubiláte.
4 *Psálli*te **De**o, **psál**lite; * psállite regi **no**stro, **psál**lite. Ant. Iubiláte.

## Antiphona ad communionem

II D



C antá-te Dómino, * et bene-dí-ci-te nómi-ni e-



ius, alle-lú-ia.

## Psalmus 95



℣. 1 *Cantá*-te Dómino cánti-cum **no**- vum, * cantá-te



Dómino, om*nis* **ter**- ra. Ant. Cantá-te Dómino.



Flexa: popu-**ló**- rum, †

2 *Annun*tiáte inter gentes glóriam **ei**us, * in ómnibus pópulis mirabíli*a* **ei**us. Ant. Cantáte.

3 *Magni*ficéntia et pulchritúdo in conspéctu **ei**us, * poténtia et decor in sanctuári*o* **ei**us. Ant. Cantáte.

4 *Affér*te Dómino, famíliæ popu**ló**rum, † afférte Dómino glóriam et po**tén**tiam, * afférte Dómino glóriam nómi*nis* **ei**us. Ant. Cantáte.

5 *Tólli*te hóstias et introíte in átria **ei**us, * adoráte Dóminum in splendó*re* **sanc**to. Ant. Cantáte.

6 *Contre*míscite a fácie eius, univérsa **ter**ra, * dícite in géntibus: « Dóminus *re***gná**vit ». Ant. Cantáte.
7 *Ete*nim corréxit orbem terræ qui non commo**vé**bitur: * iudicábit pópulos in æ*qui***tá**te.
Ant. Cantáte.
8 *Lætén*tur cæli et exsúltet **ter**ra, † sonet mare et plenitúdo **ei**us; * gaudébunt campi et ómnia quæ *in* **eis** sunt. Ant. Cantáte.
9 *Tunc ex*sultábunt ómnia ligna sil**vá**rum † a fácie Dómini, quia **ve**nit, * quóniam venit iudicá*re* **ter**ram, Ant. Cantáte.
10 *Iudi*cábit orbem terræ in iu**stí**tia * et pópulos in veritá*te* **su**a. Ant. Cantáte.

# In Ascensione Domini

Sollemnitas

### Antiphona ad introitum




### Psalmus 67




2 *Cantá*te Deo, psalmum dícite nómini **ei**us; † iter fácite ei qui fertur **su**per **nu**bes: * Dóminus **no**men **il**li. Ant. Viri.

3 *Deus* in habitáculo **san**cto **su**o; * Deus, qui inhabitáre facit deso**lá**tos in **do**mo. Ant. Viri.

4 *Deus*, cum egrederéris in conspéctu **pó**puli **tu**i, * cum
pertransíres in desérto, **ter**ra **nota** est. Ant. Viri.
5 *Eti*am cæli distillavérunt a fácie **De**i **Sí**nai, * a fácie
**De**i **Is**rael. Ant. Viri.
6 *Ascen*dísti in altum, captívam duxísti cap**ti**vi**tá**tem; *
accepísti in **do**num **hó**mines. Ant. Viri.
7 *Bene*díctus Dóminus **di**e co**tí**die; * portábit nos
Deus salutári**um** no**stró**rum. Ant. Viri.
8 *Psálli*te Deo, qui fertur super **cæ**lum **cæ**li * ad **orién**-
tem. Ant. Viri.

**Psalmus alleluiaticus I** **Ps. 46**




℣. 3 Subié-cit pópu-los no-bis, * et gentes sub pé-dibus
nostris. ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.
℣. 4 E-légit nobis he-re-di-tátem nostram, * gló-ri- am
Iacob quem di-lé-xit. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia,
alle- lú-ia.
℣. 5 Ascéndit De- us in iúbi-lo, * et Dóminus in voce
tubæ. ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.
℣. 6 Psál-li-te De- o, psálli-te; * psálli- te re-gi nostro,


psálli- te. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle- lú-ia.
℣. 7 Quóni-am rex omnis terræ De-us, * psál-li-te sa-
pi- énter. ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.
℣. 8 Regnábit De- us super gentes, * De- us sedet su-
per sedem sanctam su- am. ℟. Alle-lú- ia, alle-
lú-ia, alle- lú-ia.
℣. 9 Príncipes popu-lórum congregá- ti sunt * cum pó-
pu-lo De- i Abraham. ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.



℣. 10 Quó-ni- am De- i sunt scuta terræ: * veheménter



e-le-vátus est. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle- lú-ia.

**Psalmus alleluiaticus II** E 2 d **Ps. 23**



℣. 1 Quis ascéndet in montem **Dó**mini, * aut quis sta-



bit in loco sancto **e**- ius? ℟. Alle-lú-ia, alle-lú- ia.

2 Attóllite, portæ, cápita vestra, ' et elevámini, portæ æter**ná**les, * et introíbit rex **gló**riæ. ℟. Allelúia.
3 Quis est iste rex **gló**riæ? * Dóminus fortis et **po**tens. ℟. Allelúia.
4 Attóllite, portæ, cápita vestra, ' et elevámini, portæ æter**ná**les, * et introíbit rex **gló**riæ. ℟. Allelúia.
5 Quis est iste rex **gló**riæ? * Dóminus virtútum ipse est rex **gló**riæ. ℟. Allelúia.

## Antiphona ad offertorium

IV A



A-scéndit De- us * in iubi-la-ti- óne, et Dó-



minus in voce tu-bæ, alle-lú-ia.

## Psalmus 46



℣. 1 *Omnes* gentes, pláu*di- te* **má**nibus, * iubi-lá-te De-



o in voce ex*sulta-ti-* **ó-** nis. Ant. Ascéndit.

2 *Quóni*am Dóminus altíssi*mus*, *ter***rí**bilis, * rex magnus su*per omnem* **ter**ram. Ant. Ascéndit.
3 *Psálli*te *Deo*, **psál**lite; * psállite re*gi nostro*, **psál**lite. Ant. Ascéndit.
4 *Regná*vit Deus *super* **gen**tes, * Deus sedet super se*dem sanctam* **su**am. Ant. Ascéndit.

## Antiphona ad communionem

I g



S e- de a dextris me- is, * di-xit Dóminus Dómi-



no me- o, alle- lú-ia.

## Psalmus 109



℣. 1 *Do-nec* ponam i-ni**mí-** cos **tu-** os * scabéllum



pe-*dum* *tu*-**ó**- rum. Ant. Se- de.



Flexa: virtú-tis **tu**-æ, †

2 *Virgam* poténtiæ tuæ emíttet Dómi**nus** ex **Si**on: * domináre in médio inimicó*rum* *tu***ó**rum. Ant. Sede.
3 *Tecum* principátus in die virtútis **tu**æ, † in splen**dó**ribus **san**ctis, * ex útero matutíni velut rorem *génu***i** te. Ant. Sede.
4 *Iurá*vit Dóminus et non pæni**té**bit **e**um: * « Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órdi*nem* *Mel***chí**sedech ». Ant. Sede.
5 *Dómi*nus a **dex**tris **tu**is, * conquassábit in die iræ *suæ* **re**ges. Ant. Sede.
6 *De* *tor*rénte in **vi**a **bi**bet, * proptérea exal*tábit* **ca**put. Ant. Sede.

Iidem cantus adhibentur etiam in Missa dominicæ post Ascensionem.

# Dominica Pentecostes

Sollemnitas

### Antiphona ad introitum

III a



D um comple-réntur * di- es Pentecóstes, e-rant



omnes pá-ri-ter di-céntes, alle- lú-ia.

### Psalmus 103



℣. 1 *Bé-ne*-dic, ánima **me**- a, **Dómi**-no: * Dómine De-



us me- us, magni-fi-cá-tus es ve-*he***mén**-ter. Ant. Dum



comple-réntur. ℣. 2 ... et **cre**- a**bún**tur, *



Flexa: a **ter**ra, †

2 *Emít*tes spíritum tuum, et **crea****bún**tur, * et renová-
bis fáci*em* **ter**ræ. Ant. Dum.

3 *Sit gló*ria Dómi**ni** in **sæcu**lum; * lætétur Dóminus
in opéri*bus* **su**is. Ant. Dum.

4 *Cantá*bo Dómino in **vi**ta **me**a, * psallam Deo meo quám*di***u** sum. Ant. Dum.
5 *Iucún*dum sit ei e**ló**quium **me**um, * ego vero delectábor *in* **Dó**mino. Ant. Dum.
6 *Defí*ciant peccatóres a **ter**ra, † et iníqui **i**ta ut **non** sint. * Bénedic, ánima me*a*, **Dó**mino. Ant. Dum.

Vel ad libitum ant. Spíritus Dómini, ut in Missa votiva de Spiritu Sancto, p. 395.

**Psalmus alleluiaticus I** **Ps. 67**




℣. 3 Cantá-te De- o, psalmum dí-ci-te nómini e-ius; *
i-ter fá-ci-te e- i qui fertur super nubes. ℟. Alle-
lú- ia, alle- lú-ia.
℣. 4 Dó-minus nomen il-li. * Iubi-lá-te in conspéctu
e-ius. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle- lú-ia.
℣. 5 Plú-vi- am vo-luntá-ri- am effundébas, De- us; *
he-redi-tá-tem tu- am in-firmá-tam, tu re-fe-císti
e- am. ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.



℣. 6 In ecclé-si- is bene-díci- te De- o, * Dómino, vos



de fóntibus Isra- el. ℟. Alle-lú- ia, alle- lú-ia,



alle- lú-ia.



℣. 7 Manda, De- us, virtú-ti tu- æ; * confírma hoc, De- us,



quod ope-rá-tus es in nobis. ℟. Alle-lú-ia, alle- lú-ia.



℣. 8 A templo tu- o in Ierú-sa-lem * ti-bi óffe-rent



reges múne-ra. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-



lú-ia.




**Psalmus alleluiaticus II** E 2 d **Ps. 49**





℟. Alle-lú-ia, alle-lú- ia.

2 Ex Sion speciósa decóre Deus il**lú**xit, * Deus noster véniet et non si**lé**bit. ℟. Allelúia.

3 Ignis consúmens est in conspéctu **e**ius, * et in circúitu eius tempéstas **vá**lida. ℟. Allelúia.

4 Advocábit cælum de**súr**sum, * et terram, discérnere pópulum **su**um. ℟. Allelúia.

5 « Congregáte mihi sanctos **me**os, * qui disposuérunt testaméntum meum in sacri**fí**cio ». ℟. Allelúia.

6 Et annuntiábunt cæli iustítiam **e**ius, * quóniam Deus **iu**dex est. ℟. Allelúia.

7 « Immola Deo sacrifícium **lau**dis, * et redde Altíssimo vota **tu**a. ℟. Allelúia.

8 Et ínvoca me in die tribulati**ó**nis: * éruam te, et honorifi**cá**bis me. ℟. Allelúia.

9 Qui immolábit sacrifícium laudis, honorificábit me, ’ et qui immaculátus est in **vi**a, * osténdam illi salutáre **Dei** ». ℟. Allelúia.

## Sequentia



Ve-ni, Sancte Spí- ri-tus, Et emít-te cæ- li-tus



Lu-cis tu-æ rá- di- um. Ve-ni, pa-ter páupe-rum, Ve-



ni, da-tor mú- ne-rum, Ve-ni, lumen cór-di- um. Con-


so-lá-tor ó-ptime, Dulcis ho-spes á-nimæ, Dulce re-
fri-gé- ri- um. In labóre réqui- es, In æstu tempé-
ri- es, In fle-tu so-lá- ti- um. O lux be- a-tís-si-
ma, Reple cordis íntima Tu- ó-rum fi-dé- li- um. Si-
ne tu- o númine, Ni-hil est in hómine, Ni-hil est in-
nó- xi- um. Lava quod est sórdi-dum, Riga quod est
á- ridum, Sana quod est sáuci- um. Flecte quod est
rí- gidum, Fove quod est frí- gidum, Re-ge quod est



dé-vi- um. Da tu- is fi-dé-libus, In te con-fidéntibus,



Sacrum septená-ri- um. Da virtú-tis mé-ri-tum, Da sa-



lú- tis éx-i-tum, Da perénne gáudi- um.

## Antiphona ad offertorium

VIII c



C onfírma hoc De- us, * quod ope-rátus es in



no- bis, a templo sancto tu- o, quod est in Ie-rú-



sa-lem, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

## Psalmus 67



℣. 1 *Exsúr*gat De- us, et dissi-péntur i-nimí-ci e- ius, *



et fú-gi- ant, qui odé-runt e- um, a fá-*ci- e* e- ius.



Ant. Confírma. Flexa: **tu**- o, †

2 *Verúm*tamen Deus confrínget cápita inimicórum su**ó**rum, * vérticem capillátum perambulántium in de*líctis* **su**is. Ant. Confírma.

3 *Vidé*runt ingréssus tuos, **De**us, * ingréssus Dei mei, regis me*i in* **san**cta. Ant. Confírma.

4 *Mirá*bilis, Deus, de sanctuário **tu**o, † Deus Israel ipse tríbuet virtútem et fortitúdinem plebi **su**æ; * bene*dictus* **De**us. Ant. Confírma.

## Antiphona ad communionem

VIII G 

S pí-ri-tus * qui a Patre procé-dit, alle-lú-ia, il-



le me cla-ri-fi-cá- bit, alle-lú- ia, alle-lú-ia.

## Psalmus 77



℣. 1 *Attén*di-te, pópu-le me-us, doctrínam **me**- am; * in-



cli-ná-te aurem vestram in verba *o-ris* **me**- i.



Ant. Spí-ri-tus. Flexa: pátribus **no**stris †

2 *Gene*ratióni álteri narrántes laudes Dómini et virtútes **e**ius, * et mirabília *eius quæ* **fe**cit. Ant. Spíritus.

3 *Quanta* mandáverat pátribus **no**stris † nota fácere ea fíliis **su**is, * ut cognóscat generátio áltera, fílii *qui na***scén**tur. Ant. Spíritus.

4 *Exsúr*gent et narrábunt fíliis **su**is, * ut ponant in De*o spem* **su**am. Ant. Spíritus.

5 *Et non* obliviscántur óperum **Dei**, * et mandáta e*ius cus***tó**diant. Ant. Spíritus.

6 *Ecce* percússit petram et fluxérunt **a**quæ, * et torréntes in*unda***vé**runt. Ant. Spíritus.

7 *Numquid* et panem póterit **da**re, * aut paráre carnes pó*pulo* **su**o? Ant. Spíritus.

8 *Verúm*tamen mandávit núbibus **dé**super, * et iánuas cæ*li a***pé**ruit. Ant. Spíritus.

9 *Et plu*it illis manna ad mandu**cán**dum, * et panem cæli *dedit* **e**is. Ant. Spíritus.

10 *Panem* angelórum manducávit **ho**mo, * cibária misit eis ad *abun***dán**tiam. Ant. Spíritus.

11 *Et man*ducavérunt et saturáti sunt **ni**mis, * et desidérium eórum át*tulit* **e**is. Ant. Spíritus.

Vel ad libitum ant. Factus est repénte, ut in Missa votiva de Spiritu Sancto, p. 397.

Dominica I post Pentecosten

# Sanctissimæ Trinitatis

Sollemnitas

## Antiphona ad introitum

II D



B ene-díc-ta sit * sancta Trí-ni- tas, atque in-



di-ví- sa Uni-tas.

## Psalmus 8



℣. 1 *Dómi*-ne, Dóminus **no**- ster, * quam admi-rá-bi-le



est nomen tu- um in u-nivér*sa* **ter**- ra. Ant. Bene-



díc-ta. Flexa: **án**ge-lis, †

2 *Quóni*am eleváta est magnificéntia **tua** * su*per* **cæ**los. Ant. Benedícta.

3 *Quando* vídeo cælos tuos, ópera digitórum tu**ó**rum, * lunam et stellas quæ tu *fun***dá**sti. Ant. Benedícta.

4 *Quid est* homo, quod memor es **e**ius? * aut fílius hóminis, quóniam vísi*tas* **eum**? Ant. Benedícta.

5 *Minu*ísti eum paulo minus ab **án**gelis, † glória et honóre coronásti **eum**; * et constituísti eum super óp̣era mánuum *tu***á**rum. Ant. Benedícta.

6 *Omnia* subiecísti sub pédibus **e**ius, † oves et boves univ**ér**sas, * ínsuper et péco*ra* **cam**pi.
Ant. Benedícta.

7 *Vólu*cres cæli et pisces **ma**ris, * quæcúmque perámbulant sémi*tas* **ma**ris. Ant. Benedícta.

8 *Dómi*ne, Dóminus **no**ster, * quam admirábile est nomen tuum in univér*sa* **ter**ra! Ant. Benedícta.

Cantus inter lectiones sic ordinantur ut per annum notatur, p. 216.

**Psalmus responsorius** C 2 g **Ps. 148**




3 Laudáte eum, sol et **lu**na, * laudáte eum, omnes stellæ et **lu**men. ℟. In excélsis.

4 Laudent nomen Dómini, * quia ipse mandávit, et cre**á**ta sunt. ℟. In excélsis.

5 Státuit ea in ætérnum, et in sæculum **sæ**culi; * præ-
céptum pósuit et non præter**í**bit. ℟. In excélsis.
6 Reges terræ et omnes **pó**puli, * príncipes et omnes
iúdices **ter**ræ. ℟. In excélsis.
7 Iúvenes et vírgines, ' senes cum iunióribus laudent
nomen **Dó**mini, * quia exaltátum est nomen eius
so**lí**us. ℟. In excélsis.
8 Conféssio eius super cælum et **ter**ram, * et exaltávit
cornu pópuli **sui**. ℟. In excélsis.
9 Hymnus ómnibus sanctis **ei**us, * fíliis Israel, pópulo
qui propínquus est **ei**. ℟. In excélsis.

**Alleluia** **Ps. 150**

VII a



A l-le-lú-ia, alle- lú- ia, alle-lú-ia.

Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.



℣. 1 *Laudá*-te Dóminum in sanctu-**á**-ri- o e-ius, * lau-



dá-te e-um in firmaménto vir**tú**-tis e- ius.

Omnes: Allelúia.

2 *Laudá*te eum in **so**no **tu**bæ, * laudáte eum in psal-
tério et **cí**thara. Omnes: Allelúia.

vel **Psalmus alleluiaticus** E * **Ps. 150**



℣. 1 Laudá-te Dóminum in sanctu- á-ri- o e- ius, *



laudáte e- um in firmaménto virtú-*tis* e- ius.



℟. Alle-lú- ia, alle-lú- ia.

2 Laudáte eum in magnálibus **e**ius, * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdi*nis* **e**ius. ℟. Allelúia.
3 Laudáte eum in sono **tu**bæ, * laudáte eum in psaltério *et* **cí**thara. ℟. Allelúia.
4 Laudáte eum in týmpano et **cho**ro, * laudáte eum in chordis *et* **ór**gano. ℟. Allelúia.
5 Laudate eum in cýmbalis benesonántibus, ' laudáte eum in cýmbalis iubilati**ó**nis: * omne quod spirat, lau*det* **Dó**minum. ℟. Allelúia.

### Antiphona ad offertorium

I a 2



B ene-díctus es * in firmaménto cæ- li, et lau-



dábi- lis in sæcu-la, De- us noster.

### Canticum trium Puerorum



℣. 1 *Bene*-dí-ci-te, ómni- a ópe-ra **Dó**mini, **Dó**mino: *



laudá-te et super-exaltá-te e- *um in* **sæ**cu-la.



Ant. Bene-díctus es.

2 *Bene*dícite, ángeli **Dó**mini, **Dó**mino; * benedícite, *cæli*, **Dó**mino. Ant. Benedíctus.

3 *Bene*dícite, sacerdótes **Dó**mini, **Dó**mino; * benedícite, servi Dó*mini*, **Dó**mino. Ant. Benedíctus.

4 *Bene*dícite, spíritus et ánimæ iu**stó**rum, **Dó**mino; * benedícite, sancti et húmiles *corde*, **Dó**mino. Ant. Benedíctus.

5 *Bene*dicámus Patrem et Fílium cum **Sanc**to **Spí**ritu; * laudémus et superexaltémus *eum in* **sæ**cula. Ant. Benedíctus.

## Antiphona ad communionem

I a



L audáte * Dóminum de cæ-lis.

## Canticum David



℣. 1 *Be-ne-*díctus es, Dómine, De- us Isra- el, **pa-** tris



**no-** stri, * ab ætérno *in* æ**tér-** num. Ant. Laudáte.



℣. 3 *Et ti*-bi laus; *

2 *Tua* est, Dómine, magnificéntia **et** po**tén**tia * et glória at*que vic***tó**ria. Ant. Laudáte.

3 *Et ti*bi laus; * cuncta enim, quæ in cælo sunt et in *terra*, **tu**a sunt. Ant. Laudáte.

4 *Tuum*, **Dó**mine, **re**gnum, * et tu es super *omnes* **prín**cipes. Ant. Laudáte.

5 *Tuæ* divítiæ et **tu**a est **gló**ria; *tu domi*náris* **óm**nium. Ant. Laudáte.

6 *In ma*nu tua virtus **et** po**tén**tia, * in manu tua magnitúdo et impé*rium* **óm**nium. Ant. Laudáte.

7 *Nunc í*gitur, Deus noster, confi**té**mur **ti**bi * et laudámus nomen *tuum* **ín**clitum. Ant. Laudáte.

Feria V post SS.mam Trinitatem

# SS.mi Corporis et Sanguinis Christi

Sollemnitas

## Antiphona ad introitum

I f



Sacérdos in ætérnum * Christus Dóminus se-



cún- dum órdinem Melchí- sedech, panem et vi-num



† óbtu- lit, alle- lú-ia. In Quadrag. † óbtu- lit.

## Psalmus 109



℣. 1 *Di-xit* Dóminus **Dómino me-** o: * « Sede a *dextris*



**me-** is. Ant. Sacérdos. Flexa: virtútis **tu-** æ, †

2 *Donec* ponam ini**mí**cos **tu**os * scabéllum pe*dum tu-*
órum. » Ant. Sacérdos.

3 *Virgam* poténtiae tuæ emíttet Dómi**nus** ex **Si**on: *
domináre in médio inimicó*rum tu***ó**rum. Ant. Sacérdos.
4 *Tecum* principátus in die virtútis **tu**æ, † in splen**dó**-
ribus **sanc**tis, * ex útero matutíni velut rorem *génu***i**
te. Ant. Sacérdos.
5 *Iurá*vit Dóminus et non pæni**té**bit **e**um: * « Tu es
sacérdos in ætérnum secúndum órdi*nem Mel***chí**se-
dech ». Ant. Sacérdos.
6 *Dómi*nus a **dex**tris **tu**is, * conquassábit in die iræ *suæ*
**re**ges. Ant. Sacérdos.
7 *De tor*rénte in **vi**a **bi**bet, * proptérea exal*tábit* **ca**put.
Ant. Sacérdos.

**Psalmus responsorius** E 5 **Ps. 144**



℣. 1 Exal**tá**bo te, * De-*us* **me**- us rex. ℟. Et bene-dí-



cam nómini tu- o.



℣. 2 **Ma**gnus Dóminus et laudábi- lis **ni**- mis, * et ma-



gni- túdi-nis e- ius non est inve*sti*- **gá**-ti- o. ℟. Et be-



ne-dí-cam.



℣. 3 Gene-rá-ti- o...[1] pronun*ti*- **á**bunt.

3 Generátio generatióni laudábit ópera **tu**a, * et poténtiam tuam pronun*ti***á**bunt. ℟. Et benedícam.
4 Su**á**vis Dóminus uni**vér**sis, * et miseratiónes eius super ómnia ópe*ra* **e**ius. ℟. Et benedícam.
5 Oculi ómnium in te **spe**rant, * et tu das illis escam in témpore op*por***tú**no. ℟. Et benedícam.
6 **A**peris tu manum **tu**am, * et imples omne ánimal in be*ne***plá**cito. ℟. Et benedícam.
7 Iustus Dóminus in ómnibus viis **su**is, * et sanctus in ómnibus opéri*bus* **su**is. ℟. Et benedícam.
8 **Vo**luntátem timéntium se **fá**ciet, * et deprecatiónem eórum *ex***áu**diet. ℟. Et benedícam.
9 Custódit Dóminus omnes dili**gén**tes se, * et omnes peccatóres *dis***pér**det. ℟. Et benedícam.
10 **Lau**datiónem Dómini loquétur os **me**um, * et benedícat omnis caro nómini sancto eius ’ in sǽculum et in sǽculum **sæ**culi. ℟. Et benedícam.

**Alleluia** **Ps. 77**

III g



A l-le-lú- ia, alle-lú- ia, alle- lú- ia.
Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.



℣. 1 *Attén*di-te, pópu-le me- us, doc**trí**- nam **me**- am; *

[1] Versiculi impares in primo tenore (mi) cantantur; pares autem in secundo (la).



incliná-te aurem vestram in verba *o-ris* **me-** i.

Omnes: Alle-lúia.

2 *Quanta* audívimus et co**gnó**vimus **e**a, * et patres nostri narra*vérunt* **no**bis. Omnes: Allelúia.

vel **Psalmus alleluiaticus** C 4 **Ps. 77**

Cantor



℣. 1 Atténdi-te, pópu-le me- us, doctrí*nam* **me-** am; *

Schola *vel* omnes Cantor



℟. Alle-lú-ia – incliná-te aurem vestram in verba

Omnes



o-*ris* **me-** i. ℟. Alle- lú-ia.

2 Quanta audívimus et cognóvi*mus* **e**a, * ℟. Allelúia
et patres nostri narravé*runt* **no**bis. ℟. Allelúia.

3 Generatióni álteri narrántes laudes Dómini, et virtú*tes* **e**ius, * ℟. Allelúia
et mirabília eius *quæ* **fe**cit. ℟. Allelúia.

4 Ut ponant in Deo spem suam, ' et non obliviscántur ópe*rum* **De**i, * ℟. Allelúia
et mandáta eius *cus***tó**diant. ℟. Allelúia.

5 Et pluit illis manna ad man*du***cán**dum, * ℟. Allelúia
et panem cæli de*dit* **e**is. ℟. Allelúia.

6 Panem angelórum manducá*vit* **ho**mo, * ℟. Allelúia
cibária misit eis ad ab*un***dán**tiam. ℟. Allelúia.

7 Et manducavérunt et saturáti *sunt* **ni**mis, * ℟. Allelúia
et desidérium eórum áttu*lit* **e**is. ℟. Allelúia.
8 Et rememoráti sunt quia Deus adiútor est *e***ó**rum, *
℟. Allelúia
et Deus excélsus redémptor *e***ó**rum est. ℟. Allelúia.
9 Ipse autem est *mi***sé**ricors, * ℟. Allelúia
et propitiátur iniquitáti, et non *dis***pér**dit.
℟. Allelúia.

## Pro Sequentia





vidé-re In terra vivénti- um. Tu qui cuncta scis et



va-les, Qui nos pascis hic mortá-les: Tu- os i-bi com-



mensá-les, Cohe-rédes et sodá-les Fac sanctó-rum cí-



vi- um.

### Antiphona ad offertorium

II D



A nge- ló-rum esca * nutri- vísti pópu- lum tu- um,



et panem de cæ- lo † præsti-tísti e- is, alle-lú-ia.



In Quadr. † præsti-tí-sti e- is.

### Psalmus 83



℣. 1 *Quam di*-lécta tabernácu-la tu- a, Dómine vir-



**tú-** tum. * Concupíscit et dé-fi-cit ánima me- a in



átri- *a* **Dó**mini. Ant. Ange- ló-rum.

2 *Cor me*um et caro **me**a * exsultavérunt in De*um* **vi**vum. Ant. Angelórum.

3 *Altá*ria tua, Dómine vir**tú**tum, * rex meus et De*us* **me**us. Ant. Angelórum.

4 *Beá*ti qui hábitant in domo **tu**a, * in perpétuum *lau***dá**bunt te. Ant. Angelórum.

## Antiphona ad communionem

I f



E -go sum panis vivus, * qui de cæ-lo † descéndi,



alle- lú-ia. In Quadr. † descéndi.

## Psalmus 22



℣. 1 *Dómi*-nus pascit me, et nihil **mi-** hi **dé**- e-rit: *



in páscuis viréntibus me *collo*-**cá-** vit. Ant. Ego.

2 *Super* aquas quiétis **edúxit** me, * ánimam me*am* *re***fécit**. Ant. Ego sum.
3 *Dedúx*it me super sémi**tas** iu**stí**tiae * propter *no-men* **su**um. Ant. Ego sum.
4 *Nam et* si ambulávero in valle umbræ mortis, non ti**mé**bo **ma**la, * quóni*am tu* **me**cum es. Ant. Ego sum.
5 *Virga* tua et **bá**culus **tu**us * ipsa me *conso***lá**ta sunt. Ant. Ego sum.
6 *Parás*ti in conspéctu **meo** **men**sam * advérsus eos qui *tríbu***lant** me. Ant. Ego sum.
7 *Impin*guásti in óleo **ca**put **me**um, * et calix me*us* *re***dún**dat. Ant. Ego sum.
8 *Et*enim benígnitas et misericórdia **sub**se**quén**tur me * ómnibus diébus *vitæ* **me**æ. Ant. Ego sum.
9 *Et in*habitábo in **do**mo **Dó**mini * in longitúdi*nem* *di***é**rum. Ant. Ego sum.

Ad processionem, cantatur hymnus Pange, lingua, p. 137.

Feria VI post dominicam II post Pentecosten

# Sacratissimi Cordis Iesu

Sollemnitas

## Antiphona ad introitum

III a



D ísci-te a me * qui-a mi-tis sum et hú-mi-



lis corde.

## Psalmus 32



℣. 1 *Exsul*tá-te, **ius**ti, in **Dómi**-no; * rectos decet col-



*lau***dá**-ti- o. Ant. Dísci-te. ℣. 3... Dóminum **om**nis



**ter**ra, *

2 *Díli*git iustítiam **et** iu**dí**cium, * misericórdia Dómini plena *est* **ter**ra. Ant. Díscite.

3 *Tíme*at Dóminum **omnis** **ter**ra, * a fácie autem eius formídent omnes inhabitán*tes* **or**bem. Ant. Díscite.

4 *Quóni*am ipse **di**xit, et **facta** sunt, * ipse mandávit, et *cre***á**ta sunt. Ant. Díscite.

5 *Consí*lium autem Dómini in æ**tér**num **ma**net, * co-
gitatiónes cordis eius in generatióne et genera*tió*-
nem. Ant. Díscite.
6 *Beá*ta gens, cui Dómi**nus** est **De**us, * pópulus, quem
elégit in hereditá*tem* **si**bi. Ant. Díscite.
7 *De cæ*lo re**spé**xit **Dómi**nus, * vidit omnes fíli*os* **hómi**-
num. Ant. Díscite.
8 *Qui fin*xit singillátim **cor**da e**ó**rum, * qui intéllegit
ómnia ópera *e***ó**rum. Ant. Díscite.
9 *Ecce* óculi Dómini super metu**én**tes **e**um, * in eos qui
sperant super misericórdi*a* **e**ius. Ant. Díscite.
10 *Quia* in eo lætábi**tur** cor **no**strum, * et in nómine
sancto eius *spe***rá**vimus. Ant. Díscite.
11 *Fiat* misericórdia tua, **Dó**mine, **super** nos, * quem-
ádmodum sperávi*mus* **in** te. Ant. Díscite.

**Psalmus responsorius** C 2 g **Ps. 24**



℣. 1 Ad te, Dómine, levá-vi ánimam **me**- am, * De-



us me- us, in te confí-do: non e-ru- **bé**scam. ℟. Do-



cé-bit mi- tes vi- as su- as.

2 Vias tuas, Dómine, demónstra **mi**hi, * et sémitas tuas
édo**ce** me. ℟. Docébit.
3 Dírige me in veritáte tua et **do**ce me, * quia tu es
Deus salútis meæ, et te sustínui tota **di**e. ℟. Docébit.

4 Reminíscere miseratiónum tuárum, **Dómine**, * et misericordiárum tuárum, quóniam a sǽcu**lo** sunt.
℟. Docébit.
5 Dulcis et rectus **Dó**minus, * propter hoc peccatóres viam do**cé**bit. ℟. Docébit.
6 Univérsæ viæ Dómini misericórdia et **vé**ritas * custodiéntibus testaméntum eius et testimónia **e**ius.
℟. Docébit.
7 Familiáriter aget Dóminus cum timéntibus **e**um, * ut testaméntum suum maniféstet **il**lis. ℟. Docébit.
8 Oculi mei semper ad **Dó**minum, * quóniam ipse evéllet de láqueo pedes **me**os. ℟. Docébit.
9 Custódi ánimam meam, et éru**e** me; * non erubéscam, quóniam sperávi **in** te. ℟. Docébit.

**Alleluia** **Ps. 102**

II D



A l-le-lú- ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.



℣. 1 *Bé-ne*-dic, ánima me- a, **Dó**mino; * et ómni- a quæ



intra me sunt, nómi-ni sanc*to* **e**- ius.

Omnes: Allelúia.

2 *Mise*rátor et miséricors **Dó**minus, * longánimis et multæ mise*ri***cór**diæ. Omnes: Allelúia.

vel **Psalmus alleluiaticus** E * **Ps. 102**



℣. 1 Béne-dic, á-nima me- a, **Dó**mino; * et ómni- a



quæ intra me sunt, nómi-ni sanc*to* e- ius. ℟. Alle-



lú- ia, alle-lú-ia.

2 Bénedic, ánima mea, **Dó**mino, * et noli oblivísci omnes retributió*nes* **ei**us. ℟. Allelúia.

3 Fáciens iustítias **Dó**minus, * et iudícium ómnibus iniúriam pa*ti***én**tibus. ℟. Allelúia.

4 Miserátor et misericors **Dó**minus, * longánimis et multæ mise*ri***cór**diæ. ℟. Allelúia.

5 Non in perpétuum con**tén**det, * neque in ætérnum *i*ra**scé**tur. ℟. Allelúia.

6 Non secúndum peccáta nostra fecit **no**bis, * neque secúndum iniquitátes nostras retríbu*it* **no**bis. ℟. Allelúia.

7 Quómodo miserétur pater fili**ó**rum, * misértus est Dóminus timén*ti***bus** se. ℟. Allelúia.

8 Misericórdia autem Dómini ab æ**tér**no, * et usque in ætérnum super timén*tes* **e**um. ℟. Allelúia.

9 Et iustítia illíus in fílios fili**ó**rum; * in eos qui servant testamén*tum* **ei**us. ℟. Allelúia.

10 Dóminus in cælo parávit sedem **su**am, * et regnum ipsíus ómnibus do*mi***ná**bitur. ℟. Allelúia.

## Antiphona ad offertorium

VIII G



C ontrí-tum est * cor me- um in mé-di- o me- i,



contremu- é-runt ómni- a ossa me- a.

## Psalmus 68



℣. 1 *Salvum* me fac, **De-** us, * quóni- am ve-né-runt



aquæ usque ad *guttur* **me-** um.



Ant. Contrí-tum est.

2 *Ego* vero oratiónem meam ad te, **Dó**mine; * in tém-
pore benepl*áciti*, **De**us. Ant. Contrítum est.
3 *In mul*titúdine misericórdiæ tuæ ex**áu**di me, * in
veritáte sa*lútis* **tu**æ. Ant. Contrítum est.
4 *Oppró*brium contrívit cor meum, et e**lán**gui, * et
sustínui qui simul contristarétur, *et non* **fu**it.
Ant. Contrítum est.
5 *Ego* autem sum pauper et **do**lens; * salus tua, Deus,
*súsci***pit** me. Ant. Contrítum est.

## Antiphona ad communionem

VII c



U-nus mí-li-tum * lánce- a latus e-ius apé- ru-



it, et contínu- o ex- í-vit sanguis et a- qua.

## Psalmus 88



℣. 1 *Mi- se-* ri**cór**di- as **Dó**mi-ni * in æ**tér**num can-



**tá-** bo. Ant. Unus.

2 *In ge*neratiónem et gene**ra**ti**ó**nem * annuntiábo
veritátem tuam in **o**re **me**o. Ant. Unus.
3 *Confi*tebúntur cæli mirabília **tu**a, **Dó**mine, * étenim
veritátem tuam in eccl**é**si**a** san**ctó**rum. Ant. Unus.
4 *Dómi*ne Deus virtútum, quis **sí**milis **ti**bi? * Potens
es, Dómine, et véritas tua in cir**cú**itu **tu**o.
Ant. Unus.
5 *Mise*ricórdia et véritas præcédent **fá**ciem **tu**am, *
beátus pópulus, qui scit iubi**la**ti**ó**nem. Ant. Unus.
6 *Dómi*ne, in lúmine vultus tui **am**bu**lá**bunt, * et in
nómine tuo exsultábunt **to**ta **di**e. Ant. Unus.
7 *Semel* iurávi in sancto meo: Si **Da**vid **mén**tiar; *
semen eius in æ**tér**num ma**né**bit. Ant. Unus.
8 *Memo*ráre quam brevis **me**a sub**stán**tia. * Ad quam
vanitátem creásti omnes **fí**lios **hó**minum? Ant. Unus.
9 *Quis est* homo qui vivet et non vi**dé**bit **mor**tem, *
éruet ánimam suam de **ma**nu **ín**feri? Ant. Unus.
10 *Bene*díctus Dóminus **in** æ**tér**num. * **Fi**at, **fi**at.
Ant. Unus.

**In sollemnitate D. N. Iesu Christi, universorum Regis:** Missa ut infra, p. 253.

# Missa I

## Antiphona ad introitum

IV E



O mnis terra * adó-ret te, De- us, et psallat ti-



bi, psalmum di-cat nómi-ni tu- o, Dómine.

℣. 2 Stantes iam sunt pedes **no-** stri * in portis tu- *is,*



*Ie***rú**-sa-lem. ℟. In domum Dómini.

3 Ierúsalem, quæ ædificáta est ut **cí**vitas * sibi compácta *in idí***p**sum. ℟. In domum.
4 Illuc enim ascendérunt tribus, tribus **Dó**mini, * testimónium Israel, ad confiténdum nó*mini* **Dó**mini. ℟. In domum.
5 Quia illic sedérunt sedes ad iu**dí**cium, * sedes *domus* **Da**vid. ℟. In domum.
6 Rogáte quæ ad pacem sunt Ie**rú**salem, * secúri sint *dili***gén**tes te. ℟. In domum.

7 Fiat pax in muris **tu**is, * et secúritas in *túrribus* **tu**is. ℟. In domum.
8 Propter fratres meos et próximos **me**os * lo*quar:* « *Pax* **in** te! » ℟. In domum.
9 Propter domum Dómini Dei **no**stri * exquíram *bona* **ti**bi. ℟. In domum.

**Alleluia** **Ps. 129**

IV E


Al-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle- lú-ia.

Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.



℣. 1 *De pro*-fúndis clamávi *ad te,* **Dó**mine; * Dómine,



exáu*di* *vo-cem* **me**- am. Omnes: Allelúia.

2 *Fiant* aures tuæ *inten***dén**tes * in vocem depreca*tiónis* **me**æ. Omnes: Allelúia.

vel **Psalmus alleluiaticus I E *** **Ps. 113 A**



℣. 1 In éx-i-tu Isra- el de **Ægyp**- to, * domus Ia-cob



de pópu-*lo* **bár**baro. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia.

2 Factus est Iuda sanctuárium **e**ius, * Israel poté*stas* **e**ius. ℟. Allelúia.

3 Mare vidit et **fu**git, * Iordánis convérsus est *re*-**trór**sum. ℟. Allelúia.
4 Montes saltavérunt ut **arí**etes, * et colles sicut a*gni* **ó**vium. ℟. Allelúia.
5 Quid est tibi, mare, quod fu**gís**ti? * et tu, Iordánis, quia convérsus es *re***trór**sum? ℟. Allelúia.
6 Montes, quod saltástis sicut a**rí**etes, * et colles, sicut a*gni* **ó**vium? ℟. Allelúia.
7 A fácie Dómini, contremísce, **ter**ra, * a fácie De*i* **Ia**cob. ℟. Allelúia.
8 Qui convértit petram in stagna a**quá**rum, * et sílicem in fontes *a***quá**rum. ℟. Allelúia.

**Psalmus alleluiaticus II** D I b **Ps. 62**







2 Sitívit in te ánima **me**a, * te desiderávit caro **me**a. ℟. Allelúia.
3 In terra desérta et árida et inaquósa, ' sic in sancto appárui **ti**bi, * ut vidérem virtútem tuam et glóriam **tu**am. ℟. Allelúia.
4 Quóniam mélior est misericórdia tua super **vi**tas, * lábia mea lau**dá**bunt te. ℟. Allelúia.
5 Sic benedícam te in vita **me**a, * et in nómine tuo levábo manus **me**as. ℟. Allelúia.
6 Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima **me**a, * et lábiis exsultatiónis laudábit os **me**um. ℟. Allelúia.
7 Cum memor ero tui super stratum **me**um, * in matutínis meditábor **de** te. ℟. Allelúia.

8 Quia fuísti adiútor **me**us, * et in velaménto alárum tuárum exsul**tá**bo. ℟. Allelúia.
9 Adhǽsit ánima mea **post** te, * me suscépit déxtera **tu**a. ℟. Allelúia.

**Psalmus alleluiaticus III** E I **Ps. 129**



℣. 1 De pro-fúndis clamá-vi ad te, **Dó**mine; * Dómi-



ne, exáudi vo-*cem* **me**- am. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia.

2 Fiant aures tuæ inten**dén**tes * in vocem deprecati*ónis* **me**æ. ℟. Allelúia.
3 Si iniquitátes observáveris, **Dó**mine, * Dómine, quis su*sti***né**bit? ℟. Allelúia.
4 Quia apud te propitiáti**o** est, * et timé*bi***mus** te. ℟. Allelúia.
5 Sustínui te, Dómine, ' sustínuit ánima mea in verbo **ei**us, * sperávit ánima mea *in* **Dó**mino. ℟. Allelúia.
6 Magis quam custódes au**ró**ram, * speret Israel *in* **Dó**mino. ℟. Allelúia.
7 Quia apud Dóminum miseri**cór**dia, * et copiósa apud eum *red***émp**tio. ℟. Allelúia.
8 Et ipse rédimet **Is**rael * ex ómnibus iniquitáti*bus* **ei**us. ℟. Allelúia.

**Tractus** **Ps. 122**



℣. 1 Ad te levá-vi ócu- los **me**- os, * qui hábi- tas *in*




2 Ecce sicut óculi servórum ad manus dominórum suórum, * sicut óculi ancíllæ ad manus dómi*næ* **su**æ.

3 Ita óculi nostri ad Dóminum Deum **nos**trum, * donec misereá*tur* **nos**tri.

4 Miserére nostri, Dómine, miserére **nos**tri, * quia multum repléti sumus despec*tió*ne;

5 Quia multum **repléta est ánima nos**tra * derisióne abundántium et **despectióne** su*per***bó**rum.

## Antiphona I ad offertorium

II D







## Psalmus 17









2 *Funes* inférni circumde**dé**runt me, * præoccupavérunt me láque*i* **mor**tis. Ant. Redémptor.

3 *In tri*bulatióne mea invocávi **Dó**minum, * et ad Deum meum *cla***má**vi. Ant. Redémptor.

4 *Exau*dívit de templo suo vocem **me**am, * et clamor meus in conspéctu eius introívit in au*res* **e**ius. Ant. Redémptor.

### Antiphona II ad offertorium

IV E



H a-bi-tábit * in tabernácu-lo tu- o, requi- é-scet



in monte sancto tu- o.

### Psalmus 14



℣. 1 *Qui* *in*gré-ditur *si- ne* **má**cu-la, * et ope-*rá-tur* *iu-*



**stí-ti-** am. Ant. Ha-bi-tá-bit. ℣. 2 ... do-lum *in lin-*



*gua* **su-** a. ℣. 4 *Qui* *fa-*cit hæc, *

2 *Qui ló*quitur veritátem in *corde* **suo**, * qui non egit dolum *in lingua* **sua**. Ant. Habitábit.

3 *Nec fe*cit próximo *suo* **ma**lum, * et oppróbrium non íntulit *próximo* **suo**. Ant. Habitábit.

4 *Qui fa*cit hæc, * non movébi*tur in æ***tér**num. Ant. Habitábit.

### Antiphona III ad offertorium

V a



In conspéctu * Ange-ló-rum psallam ti-bi, De-us



me- us.

### Psalmus 137



℣. 1 *Confi*-tébor tibi, Dómine, in toto corde **me**- o, *



quóni- am audísti verba **o**- ris **me**- i. Ant. In



conspéctu. Flexa: **pro** me; †

2 *In qua*cúmque die invocávero te, ex**áu**di me; * multiplicábis in ánima **me**a vir**tú**tem.
Ant. In conspéctu.

3 *Si am*bulávero in médio tribulatiónis, vivifi**cá**bis me; * et salvum me fáciet **déx**tera **tu**a. Ant. In conspéctu.

4 *Dómi*nus opus pérficiet **pro** me; † Dómine, misericórdia tua in **sæ**culum: * ópera mánuum tuárum **ne** re**mít**tas. Ant. In conspéctu.

## Antiphona I ad communionem

VIII G 

Lux æ- térna * lúce- at e- is, Dómine: cum sanc-



tis tu- is in ætérnum, qui- a pi- us es.

## Psalmus 129



℣. 1 *De pro*-fúndis clamávi ad te, **Dómi**-ne; * Dómine,



exáudi *vo- cem* **me-** am. Ant. Lux æ- térna.



Flexa: **Dó**mine; †

2 *Fiant* aures tuæ inten**dén**tes * in vocem depreca-
ti*ónis* **meæ**. Ant. Lux ætérna.

3 *Si in*iquitátes observáveris, **Dó**mine, * Dómine, quis
*sustin***é**bit? Ant. Lux ætérna.

4 *Quia* apud te propitiáti**o** est, * et ti*mébi***mus** te.
Ant. Lux ætérna.

5 *Sustí*nui te, **Dó**mine; † sustínuit ánima mea in verbo
**e**ius, * sperávit ánima me*a in* **Dó**mino. Ant. Lux ætérna.

6 *Magis* quam custódes au**ró**ram, * speret Isra*el in*
**Dó**mino. Ant. Lux ætérna.

7 *Quia* apud Dóminum miseri**cór**dia, * et copiósa
apud e*um re***démp**tio. Ant. Lux ætérna.

8 *Et ip*se rédimet **Is**rael * ex ómnibus iniquitá*tibus*
**e**ius. Ant. Lux ætérna.

## Antiphona II ad communionem

II D



A udí-vi vo-cem * de cælo di-céntem: Be- á-ti



mórtu- i, qui in Dómino mo-ri- úntur.

## Psalmus 120



℣. 1 *Le-vá*bo ócu-los me- os in **mon**- tes: * unde vé-ni-



et auxí-li-*um* **mi**- hi? Ant. Audí-vi vocem.



Flexa: cu**stó**dit te, †

2 *Auxí*lium meum a **Dó**mino, * qui fecit cælum *et* **ter**ram. Ant. Audívi.

3 *Non da*bit in commotiónem pedem **tu**um, * neque dormitábit qui *cu***stó**dit te. Ant. Audívi.

4 *Ecce* non dormitábit neque **dór**miet, * qui custó*dit* **Is**rael. Ant. Audívi.

5 *Dómi*nus cu**stó**dit te, † Dóminus umbráculum **tu**um, * ad manum déxte*ram* **tu**am. Ant. Audívi.

6 *Per di*em sol non percút**iet** te, * neque luna *per* **noc**tem. Ant. Audívi.

7 *Dómi*nus custódiet te ab omni **ma**lo; * custódiet ánimam tu*am* **Dó**minus. Ant. Audívi.

8 *Dómi*nus custódiet intróitum tuum et éxitum **tu**um, * ex hoc nunc et usque *in* **sæ**culum. Ant. Audívi.

## Antiphona III ad communionem

VIII c



P órti- o me- a, Dómine, * sit in terra vivén-



ti- um.

## Psalmus 141



℣. 1 *Vo-ce* me- a ad Dóminum **cla**- mo, * voce me- a



ad Dó*minum* **dé**precor. Ant. Pórti- o.

2 *Effún*do in conspéctu eius lamentatiónem **me**am, * et tribulatiónem meam ante ip*sum pro***nún**tio. Ant. Pórtio.

3 *In de*ficiéndo in me spíritus **me**us, * tu cognovísti sé*mitas* **me**as. Ant. Pórtio.

4 *In via* qua ambu**lá**bam, * abscondérunt lá*queum* **mi**hi. Ant. Pórtio.

5 *Consí*dera ad déxteram, et **vi**de: * et non est *qui agnó*scat me. Ant. Pórtio.

6 *Péri*it fuga **a** me, * et non est qui requírat á*nimam* **me**am. Ant. Pórtio.

7 *Clamá*vi ad te, **Dó**mine; * dixi: «Tu es refú*gium* **me**um. Ant. Pórtio.

8 *Intén*de ad deprecatiónem **me**am, * quia humiliá*tus sum* **ni**mis. Ant. Pórtio.

9 *Líbe*ra me a persequénti**bus** me, * quia confortá*ti sunt* **su**per me. Ant. Pórtio.

10 *Educ* de custódia ánimam **me**am * ad confiténdum nó*mini* **tu**o. Ant. Pórtio.

11 *Circúm*dabunt me **ius**ti, * cum retribú*eris* **mi**hi». Ant. Pórtio.

# II. ORDO EXSEQUIARUM

## Ad vigiliam pro defuncto

Quando corpus defuncti in feretro deponitur, cantari possunt sequentes antiphonæ cum psalmis:

### Antiphona I

IV A



A - pud Dóminum * mi-se-ri- córdi- a, et copi-



ó- sa apud e- um redémpti- o.

### Psalmus 129



℣. 1 *De pro*fúndis clamávi *ad te*, **Dó**mi-ne; Dómi-ne,



exáu*di vo-cem* **me**- am. Ant. Apud Dóminum.



Flexa: **Dó**mine; †

2 *Fiant* aures tuæ *inten***dén**tes * in vocem depreca-*tiónis* **me**æ. Ant. Apud Dóminum.

3 *Si* iniquitátes observá*veris*, **Dó**mine, * Dómine, *quis sustin***é**bit? Ant. Apud Dóminum.

4 *Quia* apud te propiti*átio* est, * et *timébi***mus** te.
Ant. Apud Dóminum.
5 *Sustí*nui te, **Dó**mine; † sustínuit ánima mea in *verbo*
**ei**us, * sperávit ánima *mea in* **Dó**mino.
Ant. Apud Dóminum.
6 *Magis* quam custó*des* *au***ró**ram, * speret Is*rael in*
**Dó**mino. Ant. Apud Dóminum.
7 *Quia* apud Dóminum mi*seri***cór**dia, * et copiósa apud
*eum* *re***démp**tio. Ant. Apud Dóminum.
8 *Et ipse* ré*dimet* **Is**rael * ex ómnibus iniqui*tátibus* **ei**us.
Ant. Apud Dóminum.

### Antiphona II

VIII G 

M eménto me- i, * Dómine De- us, dum véne- ris



in regnum tu-um.

### Psalmus 22



℣. 1 *Dómi*nus pascit me, et nihil mihi **dé**- e-rit: * in



páscu- is vi-réntibus me *collo*-**cá**- vit.



Ant. Meménto me- i.

2 *Super* aquas quiétis **edúxit** me, * ánimam me*am re*-**fé**cit. Ant. Meménto mei.

3 *Dedú*xit me super sémitas iu**stí**tiæ * propter *nomen* **su**um. Ant. Meménto mei.

4 *Nam et* si ambulávero in valle umbræ mortis, non timébo **ma**la, * quóni*am tu* **me**cum es.
Ant. Meménto mei.

5 *Virga* tua et báculus **tu**us * ipsa me *conso***lá**ta sunt.
Ant. Meménto mei.

6 *Parás*ti in conspéctu meo **men**sam * advérsus eos qui *tríbu***lant** me. Ant. Meménto mei.

7 *Impin*guásti in óleo caput **me**um, * et calix me*us re***dún**dat. Ant. Meménto mei.

8 *Ete*nim benígnitas et misericórdia subse**quén**tur me * ómnibus diébus *vitæ* **me**æ. Ant. Meménto mei.

9 *Et in*habitábo in domo **Dó**mini * in longitúdi*nem di***é**rum. Ant. Meménto mei.

**Ant. III.** Habitábit, cum ps. 14 Dómine, quis habitábit, p. 411.

## Statio prima: in domo defuncti

Pro opportunitate cani potest unus aliusve e psalmis responsoriis sequentibus:

Ps. 129 De profúndis, cum responso Dómine, exáudi vocem meam, p. 104.

Ps. 22 Dóminus pascit me, cum responso In loco páscuæ, p. 131.

Ps. 88 Misericórdias Dómini, cum responso In ætérnum cantábo, p. 405.

Vel alius psalmus aptus, addito responso congruo.

### Ad processionem ad ecclesiam

Si delatio defuncti ad ecclesiam fit cum processione, cantari possunt sequentes psalmi responsorii vel antiphonæ cum psalmis:

**I. Ps. 121** Lætátus sum, cum responso In domum Dómini, p. 406, vel, pro opportunitate, cum responso Allelúia, p. 332.

## II. Psalmus 125



℣. 1 In convérténdo Dóminus captivi-tá-tem **Si-** on.



℟. Facti sumus sicut conso-lá-ti.



℣. 2 Tunc replé-tum est gáudi- o os **no**-strum, * et lin-



gua nostra exsulta-ti- **ó**- ne. ℟. Facti sumus.

3 Tunc dicébant inter **gen**tes: * « Magnificávit Dóminus fácere cum **eis** ». ℟. Facti sumus.

4 Magnificávit Dóminus fácere no**bís**cum; * facti sumus læ**tán**tes. ℟. Facti sumus.

5 Convérte, Dómine, captivitátem **no**stram, * sicut torréntes in **Au**stro. ℟. Facti sumus.

6 Qui séminant in **lá**crimis, * in exsultatióne **me**tent. ℟. Facti sumus.

7 Eúntes ibant et **fle**bant, * semen spargéndum por**tán**tes. ℟. Facti sumus.

8 Veniéntes autem vénient in exsultati**ó**ne, * portántes manípulos **su**os. ℟. Facti sumus.

Vel cum responso Allelúia, p. 332.

**III.** **Antiphona**

III b



P la-cébo Dómino * in regi- ó-ne vi- vó-rum.

**Psalmus 114**



℣. 1 *Di-lé*-xi, quóni- am ex**áu**- dit **Dómi**nus * vocem de-



pre-ca-ti- ó*nis* **me**- æ. Ant. Placébo.



Flexa: in**vé**ni, †

2 *Quia* inclinávit aurem **su**am **mi**hi, * cum in diébus meis in*vo***cá**bam. Ant. Placébo.

3 *Circum*dedérunt me **fu**nes **mor**tis, * et angústiæ inférni in*ve***né**runt me. Ant. Placébo.

4 *Tribu*latiónem et dolórem in**vé**ni, † et nomen Dómini **in**vo**cá**bam: * « O Dómine, líbera áni*mam* **me**am ». Ant. Placébo.

5 *Misé*ricors Dómi**nus** et **iu**stus, * et Deus noster mi*se***ré**tur. Ant. Placébo.

6 *Custó*diens **pár**vulos **Dómi**nus; * humiliátus sum, et salvum *me* **fá**ciet. Ant. Placébo.

7 *Convér*tere, ánima mea, in **ré**quiem **tu**am, * quia Dóminus benefé*cit* **ti**bi. Ant. Placébo.

8 *Quia* erípuit ánimam meam de **mor**te, † óculos **me**os a **lácri**mis, * pedes meos *a* **lap**su. Ant. Placébo.

**IV.** **Psalmus 115** Crédidi, p. 136, cum ant. Redémptor, p. 410.

**V.** **Antiphona**

I f




**Psalmus 50**







2 *Et se*cúndum multitúdinem miseratiónum tuárum * dele iniqui*tátem* **me**am. Ant. Exsultábunt.

3 *Ampli*us lava me ab iniquitáte **me**a, * et a peccáto *meo* **mun**da me. Ant. Exsultábunt.

4 *Quóni*am iniquitátem meam **e**go cog**nós**co, * et peccátum meum contra *me est* **sem**per.
Ant. Exsultábunt.

5 *Tibi,* tibi **so**li pec**cá**vi, * et malum co*ram te* **fe**ci.
Ant. Exsultábunt.

6 *Ut ius*tus inveniáris in sen**tén**tia **tu**a * et æquus in iudí*cio* **tu**o. Ant. Exsultábunt.

7 *Ecce* enim in iniquitáte **gene**r**á**tus sum, * et in peccáto concépit me *mater* **me**a. Ant. Exsultábunt.

8 *Ecce* enim veritátem in corde **dilexís**ti, * et in occúlto sapiéntiam manifes*tásti* **mi**hi. Ant. Exsultábunt.

9 *Aspér*ges me hyssópo, **et** mun**dá**bor; * lavábis me, et super nivem *deal***bá**bor. Ant. Exsultábunt.

**VI. Psalmus 120** Levábo óculos, cum ant. Audívi vocem, p. 414.

**VII. Psalmus 122** Ad te levávi, cum ant. Qui hábitas p. 245.

## Statio secunda: in ecclesia

Ad Missam, ut supra p. 401.

### Ad ultimam commendationem et valedictionem

#### Antiphona I

IV E



Ne remi-niscá- ris,* Dómine, de- lícta me- a,



vel paréntum me- órum: neque vindíctam sumas de



peccá-tis me- is.

#### Psalmus 50



℣. 1 *Mi-se*-ré-re *me- i*, **De-** us, * secúndum mi-se-ri-*cór-*



*di- am* **tu-** am. Ant. Ne remi-niscá- ris.

2 *Et se*cúndum multitúdinem miseratió*num tuá*rum * dele ini*quitátem* **me**am. Ant. Ne reminiscáris.

3 *Tibi*, tibi so*li pec***cá**vi, * et malum *coram te* **fe**ci. Ant. Ne reminiscáris.

4 *Ut ius*tus inveniáris in senténtia **tua** * et æquus in iu*dício* **tuo**. Ant. Ne reminiscáris.

5 *Audí*re me fácies gáudium *et læ***tí**tiam, * et exsultábunt ossa quæ *humili***á**sti. Ant. Ne reminiscáris.

### Antiphona II

VIII G


I n pace * in id- íp-sum, dórmi- am et requi-



éscam.

### Psalmus 4



℣. 1 *Invo*-cántem exáudi me, De- us iustí- ti- æ **me-** æ; *



in tribu-la-ti- óne di-la-*tásti* **mi-** hi.



Ant. In pace.

2 *Mise*rére **mei** * et exáudi orati*ónem* **me**am. Ant. In pace.

3 *Multi* dicunt: « Quis osténdit nobis **bo**na? » * Leva in signum super nos lumen vultus *tui*, **Dó**mine. Ant. In pace.

4 *Maió*rem dedísti lætítiam in corde **me**o, * quam cum multiplicántur fruméntum et vi*num e*órum. Ant. In pace.

5 *Quóni*am tu, Dómine, singuláriter **in** spe * con*stituí*sti me. Ant. In pace.

### Antiphona III

IV E



C redo vi-dé- re * bona Dómini in terra vivén-



ti- um.

### Psalmus 26



℣. 1 *Dómi*nus illuminá- ti- o me- a et *sa-lus* **me-** a, *



*quem ti***mé-** bo? Ant. Credo.



℣. 2 *Dómi*nus protéctor *vi- tæ* **me-** æ, * a *quo tre-pi-*



**dá**-bo? Ant. Credo.

3 *Ne a*vértas fáciem *tuam* **a** me, * ne declínes in ira *a servo* **tuo**. Ant. Credo.

4 *Adiú*tor meus es tu, ne *me re*ícias, * neque derelínquas me, Deus *salútis* **meæ**. Ant. Credo.

Dum corpus effertur ex ecclesia, cani possunt:

## Antiphona I

VII



In paradí-sum * dedúcant te ánge-li: in tu-o



ad- véntu suscípi- ant te mártyres, et perdúcant te



in ci-vitá-tem sanctam Ie-rú-sa-lem.

## Antiphona II

VII



Chorus ange-ló-rum * te sus- cí-pi- at, et cum



Láza-ro quondam páupe-re ætérnam hábe- as ré-



qui- em.

## Antiphona III

II



Ego sum * resurrécti- o et vi-ta: qui credit in



me, ét- i- am si mórtu-us fú- e-rit, vivet: et omnis



qui vivit et credit in me, non mo-ri- é-tur in æ-



térnum.

## Psalmus 113 A



℣. 1 *In* *éx*-i-tu Isra- el de Æ**gyp**- to, * domus Iacob de



pópu- *lo* **bár**baro. Ant. Ego sum.

2 *Factus* est Iuda sanctuárium **e**ius, * Israel poté*stas*
eius. Ant. Ego sum.
3 *Mare* vidit et **fu**git, * Iordánis convérsus est *re***trór**-
sum. Ant. Ego sum.
4 *Montes* saltavérunt ut a**rí**etes, * et colles sicut a*gni*
**ó**vium. Ant. Ego sum.
5 *Quid est* tibi, mare, quod fu**gí**sti? * et tu, Iordánis,
quia convérsus es *re***trór**sum? Ant. Ego sum.
6 *Montes*, quod saltástis sicut a**rí**etes, * et colles, sicut
a*gni* **ó**vium? Ant. Ego sum.
7 *A fá*cie Dómini, contremísce, **ter**ra, * a fácie De*i*
**Ia**cob. Ant. Ego sum.
8 *Qui con*vértit petram in stagna a**quá**rum, * et sílicem
in fontes *a***quá**rum. Ant. Ego sum.

## Ad processionem ad cœmeterium

Dum corpus fertur ad cœmeterium, cantari possunt:

**Psalmus 117** Confitémini Dómino, p. 427, cum ant. Aperíte mihi, p. 403, vel:

### Antiphona I

I f



H æc porta Dómi-ni: * iusti intrábunt in e- am.

### Psalmus 117



℣. 1 *Confi*-témi-ni Dómino, **quóni**- am **bo**- nus, * quóni-



am in sǽcu-lum mi-se-ri-cór*di*- *a* e- ius.



Ant. Hæc porta. Flexa: vir**tú**tem, †

2 *De tri*bulatióne invo**cá**vi **Dó**minum, * et exaudívit me edúcens in latitú*dinem* **Dó**minus. Ant. Hæc porta.

3 *Dómi*nus mecum adi**ú**tor **me**us, * et ego despíciam ini*mícos* **me**os. Ant. Hæc porta.

4 *Bonum* est confúge**re** ad **Dó**minum, * quam confíde*re in* **hó**mine. Ant. Hæc porta.

5 *Forti*túdo mea et laus **me**a **Dó**minus, * et factus est mihi *in sa***lú**tem. Ant. Hæc porta.

6 *Vox iu*bilatiónis **et** sal**ú**tis * in tabernácu*lis iu***stó**rum. Ant. Hæc porta.

7 *Déxte*ra Dómini fecit vir**tú**tem, † déxtera Dómini **ex**al**tá**vit me, * déxtera Dómini fe*cit vir***tú**tem. Ant. Hæc porta.

8 *Non mó*ri**ar**, sed **vi**vam, * et narrábo *ópera* **Dómini.** Ant. Hæc porta.

9 *Castí*gans casti**gá**vit me **Dó**minus, * et morti non *trá-di***dit** me. Ant. Hæc porta.

10 *Aper*íte mihi **por**tas iu**stí**tiæ, * ingréssus in eas confi-*tébor* **Dó**mino. Ant. Hæc porta.

11 *Confi*tébor tibi, quóniam **ex**au**dí**sti me, * et factus es mihi *in sa***lú**tem. Ant. Hæc porta.

12 *Deus* meus es tu, et confi**té**bor **ti**bi, * Deus meus, et *exal***tá**bo te. Ant. Hæc porta.

### Antiphona II

II D



S i-tí-vit * ánima me- a ad De- um vivum:



quando véni- am, et appa-ré- bo ante fá-ci- em



Dómi-ni?

### Psalmus 41



℣. 1 *Quemád*modum de-síde- rat cervus ad fontes a-



**quá**- rum, * i-ta de-sí-derat ánima me- a ad *te,* **De**-



us. Ant. Si-tí-vit.



Flexa: mi-se-ricórdi- am **su**- am, †

2 *Fué*runt mihi lácrimæ meæ panis die ac **noc**te, * dum dícitur mihi cotídie: « Ubi est De*us* **tu**us? » Ant. Sitívit.

3 *Hæc re*cordátus sum et effúdi in me ánimam **me**am; * quóniam transíbam in locum tabernáculi admirábilis usque ad do*mum* **Dei**. Ant. Sitívit.

4 *In vo*ce exsultatiónis et confessi**ó**nis, * multitúdinis festa ce*le***brán**tis. Ant. Sitívit.

5 *Quare* tristis es, ánima **me**a, * et quare conturbá*ris* **in** me? Ant. Sitívit.

6 *Spera* in Deo, quóniam adhuc confitébor **il**li, * salutáre vultus mei et De*us* **me**us. Ant. Sitívit.

7 *In di*e mandávit Dóminus misericórdiam **su**am, † et nocte cánticum eius apud **me** est: * orátio ad Deum vi*tæ* **me**æ. Ant. Sitívit.

### Antiphona III

VIII G



D e- lícta * iuventútis me-æ et igno-ránti- as



me- as, ne memí-ne- ris, Dómi-ne.

## Psalmus 24



℣. 1 *Ad te*, Dómine, levá-vi ánimam **me**- am, * De-us



me-us, in te confído: non *eru***bé**- scam.



Ant. De-lícta.

2 *Vias* tuas, Dómine, demónstra **mi**hi, * et sémitas tuas *édo***ce** me. Ant. Delícta.

3 *Remi*níscere miseratiónum tuárum, **Dó**mine, * et misericordiárum tuárum, quóniam a *sæcu***lo** sunt. Ant. Delícta.

4 *Secún*dum misericórdiam tuam meménto **mei** tu, * propter bonitátem *tuam*, **Dó**mine. Ant. Delícta.

5 *Dulcis* et rectus **Dó**minus, * propter hoc peccatóres vi*am do***cé**bit. Ant. Delícta.

6 *Uni*vérsæ viæ Dómini misericórdia et **vé**ritas * custodiéntibus testaméntum eius et testimó*nia* **ei**us. Ant. Delícta.

7 *Propter* nomen tuum Dómine, propitiáberis peccáto **me**o; * mul*tum est* **e**nim. Ant. Delícta.

8 *Ocu*li mei semper ad **Dó**minum, * quóniam ipse evéllet de láqueo *pedes* **me**os. Ant. Delícta.

9 *Réspi*ce in me, et miserére **mei**, * quia únicus et pau*per sum* **e**go. Ant. Delícta.

10 *Vide* humilitátem meam et labórem **me**um, * et dimítte univérsa de*lícta* **me**a. Ant. Delícta.

## Antiphona IV

VII c



C aro me- a * requi-éscet in spe.

## Psalmus 15



℣. 1 *Consér*va me, De- us, quóni- am spe**rá**-vi **in** te.



Ant. Caro me- a.



℣. 2 *Di- xi* Dómino: « Dóminus **me**- us **es** tu, *



bonum mihi **non** est **si**ne te ». Ant. Caro me- a.



Flexa: vi- as **vi**tæ, †

3 *Dóm*inus pars hereditátis meæ et **cá**licis **mei**: * tu es qui détines **sor**tem **me**am. Ant. Caro mea.

4 *Funes* cecidérunt mihi **in** præ**clá**ris; * ínsuper et heréditas mea speciósa est **mi**hi. Ant. Caro mea.

5 *Bene*dícam Dóminum qui tríbuit mihi **in**tel**léc**tum; * ínsuper et in nóctibus erudiérunt me **re**nes **mei**. Ant. Caro mea.

6 *Propo*nébam Dóminum in conspéctu **me**o **sem**per, * quóniam a dextris est mihi, non **com**mo**vé**bor. Ant. Caro mea.

7 *Propter* hoc lætátum **est** cor **me**um, * et exsultavérunt præ**cór**dia **me**a. Ant. Caro mea.

8 *Quóni*am non derelínques ánimam meam **in** in**fér**no, * nec dabis sanctum tuum vidére cor**rup**ti**ó**nem. Ant. Caro mea.

9 *Notas* mihi fácies vias **vi**tæ, † plenitúdinem lætítiæ cum **vul**tu **tu**o, * delectatiónes in déxtera tua **us**que in **fi**nem. Ant. Caro mea.

## Statio tertia: ad sepulcrum

In fine totius ritus aliquis cantus haberi potest, iuxta consuetudinem locorum.

# TONI COMMUNES

I. Glória Patri per octo modos . . . p. 435
II. «Allelúia» in fine antiphonarum . . p. 439
III. Toni pro psalmis responsoriis . . p. 440

# I. GLORIA PATRI

## in antiphonis per octo modos

I



*Gló-ri-* a Patri, et Fí- li- o, et Spi-**rí**-tu- i **Sanc**-to. *



*Sic- ut* e-rat in princípi- o et **nunc** et **sem**-per, * et




in sǽcu-la sæcu-*ló-rum.* **A**- men. e u *o u* **a** e.




e u *o u* **a** e. e u *o u* **a** e. e u *o u* **a** e.




e u *o u* **a** e. e u *o u* **a** e.

II



*Gló-ri-* a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i **Sanc**-to. *



*Sic*-ut e-rat in princípi- o et nunc et **sem**-per, * et


II D
in sǽcu-la sæcu-ló-*rum.* **A**- men.

III


*Gló- ri-* a Patri, et Fí- li- o, et Spi-**rí**-tu- i **Sanc**to. *
*Sic- ut* e-rat in princí-pi- o et **nunc** et **sem**per, *
III a
III g
et in sǽcu-la sæcu-ló-*rum.* **A**- men. e u *o u* **a** e.

IV


*Gló-ri-* a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí- *tu- i* **Sanc**-to. *
*Sic- ut* e-rat in princí-pi- o et *nunc et* **sem**-per, * et in
IV E
sǽcu-la sæ-*cu-ló-rum.* **Amen.**

Altera positio eiusdem toni:

**IV A**



*Glóri*- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí-*tu*- *i* **Sanc**-to. *



*Sic-ut* e-rat in princí-pi- o et *nunc et* **sem**-per, * et




in sǽcu-la sæ-*cu-ló-rum*. **A**- men. e u o u **a** e.




e *u o u* **a** e.

**V**



*Gló-ri*- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí- tu- i **Sanc**-to *



*Sic*- ut e-rat in princí-pi- o et nunc et **sem**-per, * et




in sǽcu-la sæcu-**ló**- rum. **A**- men.

**VI**



*Gló-ri-* a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- *i* **Sanc**-to. *



*Sic-ut* e-rat in princí-pi- o et nunc *et* **sem**-per, * et




in sǽcu-la sæcu-*ló-rum.* **A**- men.

**VII**



*Gló- ri-* a Patri, et Fí- li- o, et Spi-**rí**-tu- i **Sanc**-to. *



*Sic- ut* e-rat in princí-pi- o et **nunc** et **sem**-per, * et




in sǽcu-la sæcu-**ló**- rum. **A**- men. e u **o** u **a** e.




e u **o** u **a** e. e u **o** u **a** e.




# II. ALLELUIA IN FINE ANTIPHONARUM

**tempore paschali nisi aliter notatur**



# III. TONI PRO PSALMIS RESPONSORIIS

In tonis pro psalmodia responsoria, non fit inchoatio melodica neque flexa. Mediationes omnes, una sola excepta, unico accentu constant. Terminationes vero et differentiæ sic ordinantur:

PRIMA FAMILIA:

Tenor versiculi et finalis responsi in C (vel F).

**C 1** Terminatio unico accentu constat cum una syllaba præparationis.



Hic tonus sic me-di- **á**- tur: * et sic ter*mi***ná**- tur.

**C 2** Terminatio unico accentu constat; in casu autem proparoxytoni fit accentus in notula superveniente anticipata.




Hic tonus sic me-di- **á**- tur: * et sic termi- **ná**-tur.




vel termi- **ná**-tur.

**C 3** Hic tonus tenore duplici utitur:

versus impares tonum C2 retinent; pares autem neuma habent quasi inchoationis super illam ex duabus primis syllabis quæ accentum accipit, realem vel logicum; terminatio vero unico accentu constat cum una syllaba præparationis.




Impares versus sic me-di- **án**-tur: * et sic termi- **nán**tur.




vel termi- **nán**tur.




**Pa**-res autem sic medi- **án**-tur: * et sic ter*mi*- **nán**tur.




vel ter*mi*- **nán**tur.

**C 4** In hoc tono, responso interveniente non solum in fine cuiusque versiculi sed etiam in medio, non fit mediatio, sed duæ terminationes, in medio ac in fine, ut in tono C1.



Primus semi-versus sic ter*mi*-**ná**- tur: * (quem sequitur primum responsum).



Secundus autem e- odem modo ter*mi***ná**- tur. (quem sequitur alterum responsum).

C * Mediatio, per modum exceptionis, unico accentu constat cum duabus syllabis præparationis; terminatio vero uno accentu.




SECUNDA FAMILIA:

Tenor versiculi et finalis responsi in D (vel A vel G).

D I Pro differentia DIb et DIg, terminatio uno accentu constat; pro differentia DIe, uno quidem accentu, sed cum duabus syllabis præparationis.







D * Hic tonus tenore duplici utitur:

pro imparibus versibus, términatio unico accentu constat; pro paribus, uno accentu cum una syllaba præparationis; sed, pro utraque terminatione, in casu proparoxytoni, clivis quo ornatur accentus paroxytoni disiungitur in suis elementis, i.e. duabus notulis (dieresis).




TERTIA FAMILIA:

Tenor versiculi et finalis responsi in E (vel A).

E 1 Terminatio unico accentu constat cum una syllaba præparationis; in casu vero proparoxytoni, pes quo ornatur accentus paroxytoni disiungitur in suis elementis, i.e. duabus notulis.




E 2 Pro differentia E2d, terminatio uno accentu constat. Pro differentia vero E2e, ad terminationem, singulis quattuor ultimis notis singulæ syllabæ, prout occurrunt, tribuuntur, sine acceptione accentus.




Hic tonus sic me-di- **á**- tur: * et sic termi**ná**- tur.




vel et sic *termi-ná-tur.*

**E 3** Terminatio uno accentu constat.



Hic tonus sic me-di- **á**- tur: * et sic termi**ná**- tur.

**E 4** Terminatio uno accentu constat.



Hic tonus sic me-di- **á**- tur: * et sic termi**ná**- tur.

**E 5** Hic tonus duplici tenore utitur:

impares versus tonum E1 (vel E2e) retinent; pares vero neuma habent quasi inchoationis super illam ex duabus primis syllabis quæ accentum accipit, realem vel logicum; terminatio autem unico accentu constat cum una syllaba præparationis.



Primus versus sic me-di- **á**- tur: * et sic ter*mi*-**ná**-tur.



(ter*mi*-**ná**bi-tur.)



Se**cún**dus autem sic me-di- **á**- tur: * et sic ter*mi*-



**ná**- tur.

**E** * Terminatio unico accentu constat cum una syllaba præparationis.



Hic tonus sic me-di- **á**- tur: * et sic ter*mi*-**ná**- tur.

# APPENDIX

I. Ad aspersionem . . . . . . . p. 449
II. Ad orationem fidelium . . . p. 451
III. Ad communionem. . . . . . . p. 454
IV. Cantus varii . . . . . . . . p. 463
V. Litaniæ Sanctorum . . . . . p. 479

# I. AD ASPERSIONEM

## Extra tempus paschale

ed. Vat. ad libit. I













Et repetitur antiphona, pro opportunitate, post unumquemque versiculum psalmi 50, p. 86.

## Tempore paschali








*Ps.* 117. Confi-témi-ni Dómino quóni- am bonus, * quó-



ni- am in sǽcu-lum mi-se-ri-córdi- a e-ius.

Et repetitur antiphona, pro opportunitate, post unumquemque versiculum psalmi 117, p. 102.

# II. AD ORATIONEM FIDELIUM

A



† exaudí-re digné- ris:



℟. Te rogámus, audi nos.

B



† adiuvá-re digné- ris:



℟. Te rogá-mus, audi nos.

C



† Dóminum o- ré-mus.



℟. Chri-ste, audi nos.

D



† Dóminum o-ré- mus.



℟. Dómine, mi-se-rére.

E



† Dóminum pre- cémur.



℟. Exáu-di, Christe.

F



† Dóminum implo-ré-mus.



vel opé- ribus ímple- ant.



℟. Ký-ri- e, e-lé- i-son.

G



† Dóminum depre-cé- mur.



vel opé- ribus ímple- ant.



℟. Ký-ri- e, e-lé- i-son.

H 

† adiuvá- re digné- ris:



℟. Præsta, ætérne omní- po-tens De- us.

## III. AD COMMUNIONEM

In quacumque Missa cantari licet pro antiphona ad communionem et suo psalmo, psalmum 33 Benedícam Dóminum, modo responsorio in alterutro tono sequenti, vel alios cantus qui infra p. 462 notantur.

**Tonus 1**



℣. 1 Gustá- te et vidé-te quó-ni- am su-á-vis est Dó-



minus. ℟. Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle- lú-ia.



℣. 2 Be-nedí- cam Dóminum in omni témpo- re, * sem-



per laus e-ius in o-re me- o. ℟. Allelúia.



℣. 3 In Dó- mino glo-ri- ábi- tur á-nima me- a, * áudi-



ant mansu- é-ti et læténtur. ℟. Allelúia.


℣. 4 Magni-fi-cá-te Dóminum me-cum, * et exaltémus
nomen e-ius in id-ípsum. ℟. Allelúia.
℣. 5 Exqui-sí-vi Dóminum, et exaudí-vit me, * et ex
ómnibus terró-ribus me- is e-rí-pu- it me. ℟. Allelúia.
℣. 6 Respí- ci-te ad e- um, et illumináme- ni, * et fá-
ci- es vestræ non confundéntur. ℟. Allelúia.
℣. 7 Iste pauper clamá-vit, et Dóminus exaudí-vit e-
um, * et de ómnibus tribu-la-ti- ó-nibus e-ius salvá-
vit e- um. ℟. Allelúia.


℣. 8 Vallá- bit ánge-lus Dómi-ni in circú- i-tu timén-
tes e- um, * et e-rí-pi- et e- os. ℟. Allelúia.
℣. 9 Timé- te Dóminum, sancti e- ius, * quóni- am
non est inó-pi- a timéntibus e- um. ℟. Allelúia.
℣. 10 Dí-vi-tes egu- é-runt et e-su-ri- é- runt, * inqui-
réntes autem Dóminum non de-fí-ci- ent omni bono.
℟. Allelúia.
℣. 11 Ve-ní- te, fí-li- i, audí-te me: * timórem Dómi-
ni docébo vos. ℟. Allelúia.
℣. 12 Quis est homo qui vult vi- tam, * dí-li-git di- es


ut víde- at bonum? ℟. Allelúia.
℣. 13 Pró-hibe linguam tu- am a ma- lo, * et lá-bi- a
tu- a ne loquántur do-lum. ℟. Allelúia.
℣. 14 Di-vér- te a ma-lo et fac bo-num, * inquí-re
pacem et perséque-re e- am. ℟. Allelúia.
℣. 15 Ocu-li Dómini super iustos, * et aures e-ius in
clamó-rem e- ó-rum. ℟. Allelúia.
℣. 16 Vultus autem Dómini super fa-ci- éntes ma- la, *
ut perdat de terra memó-ri- am e- ó-rum. ℟. Allelúia.



℣. 17 Clamavé-runt, et Dóminus exaudí- vit, * et ex



ómnibus tribu- la- ti- ó-ni-bus e- ó-rum libe-rá-vit



e- os. ℟. Allelúia



℣. 18 Iuxta est Dóminus i- is qui contrí-to sunt cor-



de, * et confráctos spí- ri-tu salvábit. ℟. Allelúia



℣. 19 Multæ tribu-la-ti- ónes iustó- rum, * et de ómni-



bus his libe-rá-bit e- os Dóminus. ℟. Allelúia



℣. 20 Custó- dit ómni- a ossa e- ó- rum, * unum ex



his non conte-ré-tur. ℟. Allelúia



℣. 21 Interfí-ci- et pecca-tó-rem ma-lí- ti- a, * et qui



odé-runt iustum, puni- éntur. ℟. Allelúia



℣. 22 Réd-imet Dóminus ánimas servó-rum su- ó-rum, *



et non puni- éntur omnes qui spe-rant in e- o.
℟. Allelúia.

Additur ad libitum:



Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi- rí-tu- i Sancto. *



Sic-ut e-rat in princí-pi- o et nunc et semper, * et



in sæcu-la sæcu-ló-rum. Amen. ℟. Allelúia.

## Tonus 2

Hic tonus usurpari potest, præsertim tempore Quadragesimæ cum ℟. Gustáte, ut infra.



℣. 1 Bene-dí-cam Dóminum in omni **tém**po-re, * sem-



per laus e-ius in o-re **me**- o. ℟. Alle-lú-ia, alle-



lú-ia, alle-lú-ia.



vel ℟. Gustá-te quam su- á- vis Dóminus.

2 In Dómino gloriábitur ánima **me**a, * áudiant mansuéti et læ**tén**tur. ℟. Gustáte.

3 Magnificáte Dóminum **me**cum, * et exaltémus nomen eius in id**íp**sum. ℟. Gustáte.

4 Exquisívi Dóminum, et exau**dí**vit me, * et ex ómnibus terróribus meis erípu**it** me. ℟. Gustáte.

5 Respícite ad eum, et illumi**ná**mini, * et fácies vestræ non confun**dén**tur. ℟. Gustáte.

6 Iste pauper clamávit, et Dóminus exaudívit **e**um, * et de ómnibus tribulatiónibus eius salvávit **e**um. ℟. Gustáte.

7 Vallábit ángelus Dómini in circúitu timéntes **e**um, * et erípiet **e**os. ℟. Gustáte.

8 Timéte Dóminum, sancti **e**ius, * quóniam non est inópia timéntibus **e**um. ℟. Gustáte.

9 Dívites eguérunt et esuriérunt, * inquiréntes autem Dóminum non defícient omni **bo**no. ℟. Gustáte.
10 Veníte, fílii, au**dí**te me: * timórem Dómini do**cé**bo vos. ℟. Gustáte.
11 Quis est homo qui vult **vi**tam, * díligit dies ut vídeat **bo**num? ℟. Gustáte.
12 Próhibe linguam tuam a **ma**lo, * et lábia tua ne loquántur **do**lum. ℟. Gustáte.
13 Divérte a malo et fac **bo**num, * inquíre pacem et perséquere **e**am. ℟. Gustáte.
14 Oculi Dómini super **iu**stos, * et aures eius in clamórem e**ó**rum. ℟. Gustáte.
15 Vultus autem Dómini super faciéntes **ma**la, * ut perdat de terra memóriam e**ó**rum. ℟. Gustáte.
16 Clamavérunt, et Dóminus exau**dí**vit, * et ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit **e**os. ℟. Gustáte.
17 Iuxta est Dóminus iis qui contríto sunt **cor**de, * et confráctos spíritu sal**vá**bit. ℟. Gustáte.
18 Multæ tribulatiónes iu**stó**rum, * et de ómnibus his liberábit eos **Dó**minus. ℟. Gustáte.
19 Custódit ómnia ossa e**ó**rum, * unum ex his non conte**ré**tur. ℟. Gustáte.
20 Interfíciet peccatórem ma**lí**tia, * et qui odérunt iustum, puni**én**tur. ℟. Gustáte.
21 Rédimet Dóminus ánimas servórum su**ó**rum, * et non puniéntur omnes qui sperant in **e**o. ℟. Gustáte.

Additur ad libitum:

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. ’ Sicut erat in princípio et nunc et **sem**per, * et in sǽcula sæculórum. **A**men. ℟. Gustáte.

## Alii cantus ad communionem

### Psalmus 22

Ut p. 207, cum antiphona Ego sum panis vivus.

### Canticum B. Mariæ V.

Ut p. 338, cum antiphona Sanctum nomen Dómini, p. 337.

### Cantus Ubi caritas

Ut p. 133, cum sua antiphona propria.

# IV. CANTUS VARII

## 1. AD SS.MUM SACRAMENTUM



## 2. INVOCATIO AD SPIRITUM SANCTUM

### Hymnus Veni creator




2. Qui díceris Paráclitus,
altíssimi donum Dei,
fons vivus, ignis, cáritas
et spiritális únctio.

3. Tu septifórmis múnere,
díg*i*tus patérnæ déxteræ,
tu rite promíssum Patris
sermóne ditans gúttura.

4. Accénde lumen sénsibus,
infúnd*e* amórem córdibus,
infírma nostri córporis
virtúte firmans pérpeti.

5. Hostem repéllas lóngius
pacémque dones prótinus;
ductóre sic te prǽvio
vitémus omne nóxium.

6. Per te sciámus da Patrem
noscámus atque Fílium,
tequ*e* utriúsque Spíritum
credámus omni témpore.
Amen.

Vel secundum antiquum usum restauratum:

1. Veni, creátor Spíritus,
mentes tuórum vísita,
imple supérna grátia,
quæ tu creásti, péctora.

2. Qui díceris Paráclitus,
donum Dei altíssimi,
fons vivus, ignis, cáritas
et spiritális únctio.

3. Tu septifórmis múnere,
dextræ Dei tu dígitus,
tu rite promíssum Patris
sermóne ditans gúttura.

4. Accénde lumen sénsibus,
infúnde amórem córdibus,
infírma nostri córporis
virtúte firmans pérpeti.

5. Hostem repéllas lóngius
pacémque dones prótinus;
ductóre sic te prǽvio
vitémus omne nóxium.

6. Per te sciámus da Patrem
noscámus atque Fílium,
te utriúsque Spíritum
credámus omni témpore.
Amen.

℣. Emítte Spíritum tuum et creabúntur.
℟. Et renovábis fáciem terræ.

Orémus.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti, † da nobis in eódem Spíritu recta sápere, * et de eius semper consolatióne gaudére. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

## 3. PRO GRATIIS DEO REDDENDIS

### HYMNUS TE DEUM

1

**Iuxta morem romanum**




stá- tes: Ti-bi ché-rubim et sé-raphim incessá-bi-li
vo-ce proclá-mant: Sanc- tus: Sanc- tus: Sanctus
Dóminus De- us Sá-ba- oth. Ple-ni sunt cæ-li et ter-
ra ma-iestá-tis gló-ri- æ tu- æ. Te glo-ri- ó- sus A-
posto-ló-rum cho- rus. Te prophe-tá- rum laudá-bi-lis
núme-rus. Te mártyrum candi-dá- tus laudat ex-ér-
ci-tus. Te per orbem terrá- rum sancta confi-té-tur
Ecclé- si- a: Pa-trem imménsæ ma-iestá- tis; Vene-
rándum tu-um ve- rum et úni-cum Fi- li- um; Sanc-


tum quoque Pa-rácli-tum Spí-ri-tum. Tu rex gló-
ri- æ, Chri- ste. Tu Patris sempi-térnus es Fí- li- us.
Tu, ad libe-rándum susceptúrus hóminem, non horru-
ísti Vírgi-nis ú- te-rum. Tu, de-vícto mortis acú-le-
o, ape-ru- ísti credénti-bus regna cæ-ló-rum. Tu ad
déxte-ram De- i se- des, in gló-ri- a Pa-tris. Iudex
créde-ris es-se ventú-rus. Te ergo quǽsumus, tu- is
fámu-lis súbve-ni, quos pre-ti- ó-so sángui-ne rede-
místi. Ætér-na fac cum sanctis tu- is in gló-ri- a




Hæc ultima pars hymni ad libitum omitti potest:





se-ri-córdi- a tu- a, Dómine, super nos, quemádmodum



spe-rá- vimus in te. In te, Dó-mine, spe-rá- vi:



non confúndar in æ-tér- num.

℣. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.
℟. Laudémus et superexaltémus eum in sǽcula.
℣. Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cæli.
℟. Et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sǽcula.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

Deus, cuius misericórdiæ non est númerus et bonitátis infinítus est thesáurus † piíssimæ maiestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes,* ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad prǽmia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

## 2

## Tonus simplex

III



Te De- um laudámus: * te Dóminum confi-témur.


Te æ-térnum Patrem, omnis terra ve-ne-rátur. Ti-bi
omnes ánge-li, ti-bi cæ-li et u-nivérsæ potestá-tes:
Ti-bi ché-rubim et sé-raphim incessábi-li vo-ce pro-
clámant: Sanctus: Sanctus: Sanctus Dóminus De- us
Sába- oth. Ple-ni sunt cæ-li et terra ma-iestá-tis gló-
ri- æ tu-æ. Te glo-ri- ó-sus Aposto-lórum chorus.
Te prophe-tá-rum laudá-bi-lis númerus. Te márty-rum
candi-dá-tus laudat ex-érci-tus. Te per orbem terrá-
rum sancta confi-té-tur Ecclé-si- a: Pa-trem immén-


sæ ma-iestá-tis; Ve-ne-rándum tu-um ve-rum et úni-
cum Fí- li- um; Sanctum quoque Pa-rácli-tum Spí-
ri-tum. Tu rex gló-ri- æ, Chri-ste. Tu Patris sem-
pi-térnus es Fí-li- us. Tu, ad libe-rándum susceptú-
rus hóminem, non horru- ísti Vírgi-nis ú-te-rum. Tu,
de-vícto mortis acú-le- o, ape-ru- ísti credéntibus re-
gna cæ-lórum. Tu ad déxte-ram De- i sedes, in gló-
ri- a Patris. Iudex créde-ris esse ventúrus. Te
ergo quǽ-sumus, tu- is fámu-lis súbve-ni, quos pre-




Hæc ultima pars hymni ad libitum omitti potest:






Versiculi et oratio ut supra, p. 469.

## Hymnus Te decet laus



## Hymnus Te laudamus



## 4. ANTIPHONÆ B. MARIÆ V.

### Tonus simplex




est orta. Gaude, Virgo glo-ri- ó-sa, su-per omnes
spe-ci- ó-sa; Va-le, o valde de-có- ra. et pro no- bis
Christum exó- ra.
V
Salve, Re-gí-na, * ma-ter mi-se-ri-córdi- æ; vi-ta,
dulcé- do et spes nostra, salve. Ad te clamámus,
éxsu-les fí- li- i Evæ. Ad te suspi-rámus, gemén-
tes et flentes in hac lacrimárum valle. E-ia er-
go, advo-cá-ta nostra, il-los tu- os mi-se-ri-córdes ó-


cu-los ad nos convér- te. Et Iesum, be-ne-díctum
fructum ventris tu- i, no-bis post hoc exsí-li- um o-
sténde. O cle-mens, o pi- a, o dul-
cis Virgo Ma-rí- a.
VII
S ub tu-um præ-sí-di- um confú-gimus, * sancta
De- i Gé-netrix; nostras depre-ca-ti- ónes ne despí- ci-
as in neces-si-tá-ti-bus; sed a pe-rí-cu-lis cunctis
lí-be-ra nos semper, Virgo glo-ri- ó-sa et be-
ne- dícta.

**Tempore paschali:**



# V. LITANIÆ SANCTORUM IN SOLLEMNIBUS SUPPLICATIONIBUS ADHIBENDÆ

Quoties in singulis partibus plures formulæ proponuntur litteris A et B distinctæ, una vel alia ad libitum seligi potest. In elencho Sanctorum aliqua nomina suis locis inseri possunt (ex. gr. Patronorum, Titularis ecclesiæ, Fundatorum, etc.). Item supplicationibus pro variis necessitatibus aliquae invocationes addi possunt, rerum et locorum adiunctis accommodatæ. Cognomina et cognomenta (v. g. Hungáriæ) Sanctorum, inter parentheses posita, opportune omittuntur, quando litaniæ lingua latina canuntur.

## 1. Supplicatio ad Deum

A



Ký-ri- e, e-lé- i-son. *ij.* Christe, e-lé- i-son. *ij.*



Ký-ri- e, e-lé- i-son. *ij.*

Vel: B



Pa- ter de cæ- lis, De- us, ℟. mise-rére nobis.
Fi- li, Re- démptor mundi, De- us, mise-rére nobis.
Spí- ri- tus Sanc-te, De- us, mise-rére nobis.
Sancta Trínitas, unus De- us, mise-rére nobis.

## 2. Invocatio Sanctorum



Sancta Marí- a, ℟. ora pro nobis. Vel oráte pro nobis.

| | |
|---|---|
| Sancta Dei **Gé**netrix, | ora pro nobis. |
| Sancta Virgo **vír**ginum, | ora pro nobis. |
| Sancti Míchael, Gábriel et **Rá**phael, | oráte pro nobis. |
| Omnes sancti **án**geli, | oráte pro nobis. |

### Patriarchæ et prophetæ

| | |
|---|---|
| Sancte **A**braham, | ora pro nobis. |
| Sancte **Mó**yses, | ora pro nobis. |
| Sancte **Elí**a, | ora pro nobis. |
| Sancte Ioánnes Bap**tí**sta, | ora pro nobis. |
| Sancte **Io**seph, | ora pro nobis. |
| Omnes sancti patriárchæ et pro**phé**tæ, | oráte pro nobis. |

### Apostoli et discipuli

| | |
|---|---|
| Sancti Petre et **Pau**le, | oráte pro nobis. |
| Sancte An**dré**a, | ora pro nobis. |
| Sancti Ioánnes et Ia**có**be, | oráte pro nobis. |
| Sancte **Tho**ma, | ora pro nobis. |
| Sancte Mat**thæ**e, | ora pro nobis. |
| Omnes sancti A**pó**stoli, | oráte pro nobis. |
| Sancte **Lu**ca, | ora pro nobis. |
| Sancte **Mar**ce, | ora pro nobis. |
| Sancte **Bár**naba, | ora pro nobis. |
| Sancta María Magda**lé**ne, | ora pro nobis. |
| Omnes sancti discípuli **Dó**mini, | oráte pro nobis. |

### Martyres

| | |
|---|---|
| Sancte **Sté**phane, | ora pro nobis. |
| Sancte **Igná**ti (Antiochéne), | ora pro nobis. |
| Sancte Poly**cár**pe, | ora pro nobis. |

Sancte Iustíne, ora pro nobis.
Sancte Laurénti, ora pro nobis.
Sancte Cypriáne, ora pro nobis.
Sancte Bonifáti, ora pro nobis.
Sancte Stanisláe, ora pro nobis.
Sancte Thoma (Becket), ora pro nobis.
Sancti Ioánnes (Fisher) et Thoma (More), oráte pro nobis.
Sancte Paule (Miki), ora pro nobis.
Sancti Ioánnes (de Brébeuf) et Isaac (Jogues), oráte pro nobis.
Sancte Petre (Chanel), ora pro nobis.
Sancte Cárole (Lwanga), ora pro nobis.
Sanctæ Perpétua et Felícitas, oráte pro nobis.
Sancta Agnes, ora pro nobis.
Sancta María (Goretti), ora pro nobis.
Omnes sancti mártyres, oráte pro nobis.

## Episcopi et doctores

Sancti Leo et Gregóri, oráte pro nobis.
Sancte Ambrósi, ora pro nobis.
Sancte Hierónyme, ora pro nobis.
Sancte Augustíne, ora pro nobis.
Sancte Athanási, ora pro nobis.
Sancti Basíli et Gregóri (Nazianzéne), oráte pro nobis.
Sancte Ioánnes Chrysóstome, ora pro nobis.
Sancte Martíne, ora pro nobis.
Sancte Patríci, ora pro nobis.
Sancti Cyrílle et Methódi, oráte pro nobis.
Sancte Cárole (Borromeo), ora pro nobis.
Sancte Francísce (de Sales), ora pro nobis.
Sancte Pie (Décime), ora pro nobis.

## Presbyteri et religiosi

Sancte Antóni, ora pro nobis.
Sancte Benedícte, ora pro nobis.
Sancte Bernárde, ora pro nobis.

Sancti Francísce et Do**mí**nice, oráte pro nobis.
Sancte **Tho**ma (de Aquíno), ora pro nobis.
Sancte **Ignáti** (de Loyola), ora pro nobis.
Sancte Fran**cí**sce (Xavier), ora pro nobis.
Sancte Vin**cén**ti (de Paul), ora pro nobis.
Sancte Ioánnes Ma**rí**a (Vianney), ora pro nobis.
Sancte Io**án**nes (Bosco), ora pro nobis.
Sancta Catha**rí**na (Senénsis), ora pro nobis.
Sancta Te**ré**sia (de Avila), ora pro nobis.
Sancta **Ro**sa (de Lima), ora pro nobis.

### Laici

Sancte Ludo**ví**ce, ora pro nobis.
Sancta **Mó**nica, ora pro nobis.
Sancta **Elí**sabeth (Hungáriæ), ora pro nobis.
Omnes Sancti et Sanctæ **Dei**, oráte pro nobis.

## 3. Invocatio ad Christum

### A



Propí- *ti- us* e- sto, ℟. lí-be-ra nos, Dómi-ne.

Ab *omni* **ma**lo, líbera nos, Dómine.
Ab om*ni pec***cá**to, líbera nos, Dómine.
Ab insídi*is di***á**boli, líbera nos, Dómine.
Ab ira et ódio et omni mala *volun***tá**te, líbera nos, Dómine.
A mor*te per***pé**tua, líbera nos, Dómine.
Per incarnati*ónem* **tu**am, líbera nos, Dómine.
Per nativi*tátem* **tu**am, líbera nos, Dómine.
Per baptísmum et sanctum ieiú*nium* **tu**um, líbera nos, Dómine.
Per crucem et passi*ónem* **tu**am, líbera nos, Dómine.

Per mortem et sepul*túram* **tu**am, líbera nos, Dómine.
Per sanctam resurrecti*ónem* **tu**am, líbera nos, Dómine.
Per admirábilem ascensi*ónem* **tu**am, líbera nos, Dómine.
Per effusiónem Spí*ritus* **San**cti, líbera nos, Dómine.
Per gloriósum ad*véntum* **tu**um, líbera nos, Dómine.

Vel: B



Christe, Fi-li De- i **vi-** vi, ℟. mi-se-ré-re nobis.

Qui in hunc mundum ve**ní**sti, miserére nobis.
Qui in cruce pepen**dí**sti, miserére nobis.
Qui mortem propter nos acce**pí**sti, miserére nobis.
Qui in sepúlcro iacu**í**sti, miserére nobis.
Qui a mórtuis resurre**xí**sti, miserére nobis.
Qui in cælos ascen**dí**sti, miserére nobis.
Qui Spíritum Sanctum in Apóstolos mi**sí**sti, miserére nobis.
Qui sedes ad déxteram **Pa**tris, miserére nobis.
Qui ventúrus es iudicáre vivos et **mór**tuos, miserére nobis.

## 4. Supplicatio pro variis necessitatibus

A



Ut no*bis* **par-** cas: ℟. te rogámus, audi nos.

Ut ad veram pæniténtiam nos perdúcere *di***gné**ris: te rogámus, audi nos.
Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio † confortáre et conserváre *di***gné**ris: te rogámus, audi nos.

Ut ómnibus benefactóribus nostris †
sempitérna bona *re***trí**buas: te rogámus, audi nos.
Ut fructus terræ †
dare et conserváre *di***gné**ris: te rogámus, audi nos.

Vel: B

Ut nobis *in***dúl**geas: te rogámus, audi nos.
Ut mentes nostras † ad cæléstia
desidéri*a* **é**rigas: te rogámus, audi nos.
Ut ánimas nostras † fratrum,
propinquórum et benefactórum nostrórum † ab ætérna
damnatióne *e***rí**pias: te rogámus, audi nos.
Ut ómnibus fidélibus defúnctis †
réquiem ætérnam donáre *di***gné**ris: te rogámus, audi nos.
Ut mundum a peste, fame et bello
serváre *di***gné**ris: te rogámus, audi nos.
Ut cunctis pópulis † pacem et
veram concórdiam donáre
*di***gné**ris: te rogámus, audi nos.

Precationes sequentes semper cantantur:

Ut Ecclésiam tuam sanctam †
régere et conserváre *di***gné**ris: te rogámus, audi nos.
Ut domnum apostólicum et omnes
ecclesiásticos órdines † in sancta
religióne conserváre *di***gné**ris: te rogámus, audi nos.
Ut ómnibus in Christum credéntibus † unitátem largíri *di***gné**ris: te rogámus, audi nos.
Ut omnes hómines †
ad Evangélii lumen perdúcere
*di***gné**ris: te rogámus, audi nos.

## 5. Conclusio

A



Christe, audi nos. *ij.* Christe, exáudi nos. *ij.*

Vel: B



Agnus De- i, qui tollis peccá-ta mundi: ℟. mi-se-ré-



re no- bis. *iij.*



Christe, audi nos. *ij.* Christe, exáudi nos. *ij.*



Ký-ri- e, e-lé- i-son. Christe, e-lé- i-son.



Ký-ri- e, e- lé- i-son.

Orémus.

Deus, refúgium nostrum et virtus, adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietátis, et præsta, * ut, quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Vel:

Deus, qui nos cónspicis ex nostra infirmitáte defícere, * ad amórem tui nóminis nos misericórditer per Sanctórum tuórum exémpla restáura. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

# INDICES

# I. INDEX ALPHABETICUS CANTUUM

## 1. ANTIPHONÆ AD INTROITUM
### cum suis psalmis

Numerus in initio lineæ positus indicat tonum psalmodicum.


| | | |
|---|---|---|
| 1 | A fructu frumenti (Ps. 4) | 123 |
| 4 | Ad te, Domine, levavi (Ps. 24) | 53 |
| 8 | Adspice in me (Ps. 24) | 225 |
| 8 | Advenerunt nobis (Ps. 68) | 83 |
| | Alleluia (cum versibus) | 153 |
| 1 | Angelus Domini (Ps. 45) | 271 |
| 8 | Aperite mihi portas (Ps. 117) | 403 |
| 2 | Assumpsit Iesus (Ps. 83) | 288 |
| 7 | Assumpta est (Ps. 97) | 294 |
| 2 | Beata mater (Ps. 45) | 336 |
| 8 | Benedicite Dominum (Ps. 137) | 310 |
| 2 | Benedicta sit (Ps. 8) | 195 |
| 7 | Cantate Domino canticum (Ps. 97) | 172 |
| | — — sine alleluia | 386 |
| 1 | Clamor meus ad te (Ps. 101) | 390 |
| 2 | Da pacem, Domine (Ps. 121) | 242 |
| 8 | Deus meus, eripe me (Ps. 70) | 108 |
| 8 | Dilexisti iustitiam (Ps. 44) | 367 |
| 2 | Diligite Dominum (Ps. 30) | 317 |
| 3 | Discite a me (Ps. 32) | 209 |
| 8 | Dominus ab utero (Ps. 91) | 275 |
| 2 | Dominus dixit ad me (Ps. 2) | 64 |
| 4 | Dona eis, Domine (Ps. 6) | 402 |
| 3 | Dum complerentur (Ps. 103) | 185 |
| 3 | Ego sum pastor bonus (Ps. 22) | 165 |
| | — — sine alleluia | 389 |
| 1 | Factus est adiutor meus (Ps. 17) | 220 |
| 1 | Hi sunt, qui venerunt (Ps. 88) | 343 |
| 1 | Iacob autem (Ps. 127) | 70 |
| 2 | In omnem terram (Ps. 18) | 339 |
| 7 | In tribulatione (Ps. 117) | 102 |
| 1 | Inclinavit Dominus (Ps. 85) | 237 |
| 4 | Introibo in domum tuam (Ps. 5) | 331 |
| 7 | Ioseph, fili David (Ps. 91) | 267 |
| 8 | Iustus ut palma (Ps. 91) | 355 |

8 Miserere mei, Deus (Ps. 56) . . . . . . . . . . . . . . 82
7 Misit Dominus angelum (Ps. 18) . . . . . . . . . . . . 282
7 Nos autem gloriari (Ps. 66) . . . . . . . . . . . . . . 129
1 Nuptiæ factæ sunt (Ps. 36) . . . . . . . . . . . . . . 379
4 Oculi mei (Ps. 24) . . . . . . . . . . . . . . . . . . 96
4 Omnis terra adoret te (Ps. 65) . . . . . . . . . . . . 215
8 Qui habitas (Ps. 122) . . . . . . . . . . . . . . . . 245
8 Regnum eius (Ps. 71) . . . . . . . . . . . . . . . . 253
6 Requiem æternam (Ps. 64) . . . . . . . . . . . . . . 401
4 Rorate cæli desuper (Ps. 18) . . . . . . . . . . . . . 59
1 Sacerdos in æternum (Ps. 109) . . . . . . . . . . . . 201
4 Sapientiam sanctorum (Ps. 32) . . . . . . . . . . . . 344
4 Secus decursus aquarum (Ps. 1) . . . . . . . . . . . 356
7 Sit nomen Domini (Ps. 112) . . . . . . . . . . . . . 248
